OLAI SWARTZ MED. DOCT. ET IN INSTIT. BERGIAN. HOLM. PROFESSORIS...

Olof Swartz

Digitized by Google

OLAI SWARTZ

MED. DOCT. ET IN INSTIT. BERGIAN. HOLM. PROFESSORIS ACAD. IMP. NAT. CVR. REG. SVEC. SOC. LINN. LONDINENS. REL. SODALIS

DISPOSITIO SYSTEMATICA MVSCORVM FRONDOSORVM SVECIAE.

ADIECTIS

DESCRIPTIONIBVS ET ICONIBVS

NOVARVM SPECIERVM.

ERLANGAE

APVD IOANNEM IACOBVM PALM

MDCCLXXXVIIII.

Adnotationes MSS. Sunt manu Octav. Targioni Tozzetti

Digitized by Google

Digitized by Google

Vix reperitur terra, Muſcorum adeo ferax, quam Suecia noſtra. Eorum parvitas tamen effecit, ut ſerius, hoc ſcilicet demum ſeculo, in eos fuerit inquiſitum; differentia formae vero, ſaepius exigua, ut ſatis parvus eſſet ſpecierum cognitarum numerus. Augebatur difficultas cognitionis eorum defectu fundamenti diviſionis ſyſtematicae, naturae convenientis. DILLENIVS primus fuit, qui Muſcos diſtinguere et in ordinem redigere tentavit; Eumque Botanici, qui plantarum in variis regionibus indigenarum enumerationes conſcripſerunt, ipſeque ſummus ſyſtematis ſexualis Auctor ſequuti ſunt. Omnes in eo convenerunt, has plantulas a reliquis regni ve-

Digitized by Google

getabilis civibus non eſſe ſeparandas; illarum vero cum his convenientiam minus diſtincte perſpexere plurimi, donec clariorem lucem accenderet celeberrimus HEDWIGIVS, velumque levaret, quod ſubducere plures conati ſunt, ſuſtulit nullus. Non attinet, ut Ejus inventa recenſeam, Muſcorum partes fructificationis, et ſimilitudinem admirandam, quam cum iisdem partibus aliarum plantarum habent, ſpectantia; utpote quae Orbi literato ipſius Viri clariſſimi calamo penicilloque jamdudum innotuerunt. Hic ſolummodo Methodus Muſcorum laudanda eſt, quam HEDWIGIVS conſtruxit; quos in genera diſtincta, ſuisque nominibus inſignita diviſit [a]). Fundamentum diviſionis Ipſi eſt Pericarpii indoles, habita ratione *Orificii*, quod eſt vel *clauſum*, vel *apertum*, atque

a) HEDWIGII Fundamentum hiſtoriae naturalis muſcorum frondoſorum, tom. II. p. 80.

Digitized by Google

hoc vel *nudum*, vel *ſerie ſimplici duplicive dentium ſ. ciliorum*, numero determinato inſtructum. Hunc ordinem, tam naturalem quam diſtinctum, quin ſequerer, facere non potui, quum mihi propoſuerim, *Muſcos frondoſos Succiae* diſtinctius pleniusque, quam hucusque factum fuit, enumerare; quorum numerus, poſt noviſſimorum annorum labores, fere duplo, quam antea, major, efficit ut tale tentamen et neceſſarium et jucundum, et, niſi omnia me fallunt, non plane ſit inutile. In quibusdam momentis tamen, cum Dno. de SCHREBER in Ejus nova Generum plantarum Editione [b]), a methodo Hedwigiana me diſcedere poſſe arbitratus ſum, perſuaſus mutationes neceſſarias eſſe, ubi harum plantularum cognitio facilitanda id poſtulat, novaequae diſquiſitiones inventaque aucta iis praebent occaſio-

b) Gen. pl. ed. VIII. p. 758.

Digitized by Google

nem. Nonnulla ſcilicet genera Hedwigiana abolevi, ſoli marium ſitu, feminis vicino, vel diſtincto, vel in diverſis plantis, ſuperſtructa [c]). Dentium vel ciliorum orificium capſulae cingentium numerus, figura, vel aliae proprietates potiſſimum in cenſum veniunt, reliquis tamen characteribus non neglectis. Uſus harum pericarpii partium acceſſoriarum (dentium nempe et ciliorum) eſt absque dubio, ut ſemina incluſa tueantur; cum partibus floris nihil habent commune, ut aliqui hariolati ſunt [d]). Non tamen abſolute ſunt neceſſariae, nam in quibusdam generibus, qualia ſunt *Sphagnum*, *Phaſcum* et *Gymnoſtomum*,

c) Celeb. HEDWIG plura Muſcorum genera conſtituit, apud nos vero hucusque nondum reperta; qualia ſunt *Octoblepharis*, *Timmia* rel. In *Speciebus Muſcorum* quae Vir clariſſ. parat, hunc ordinem naturalem accuratiſſime, ut ſolet, elaboratum ſiſtet.

d HILL *Hiſt. of plants.* Lond. 1751. f. 99.

Digitized by Google

non reperiuntur. — Multis quidem minus aptae videri poſſent ad methodam iis ſuperſtruendam, quum nudis oculis difficilius diſtinguantur, et capſula matura cito decidant. Sed, quod ad prius attinet, abſonum foret ſtatuere, naturam omnes corporum differentias nudis ſenſibus, artis adminiculo carentibus, obſervabiles feciſſe; et quod ad poſterius, etiam inter plantas ad Cryptogamiam non referendas reperiuntur, quarum partes fructificationes internae ſubito evaneſcunt.

Numerus dentium conſtans, in ſingulis ſpeciebus variationi aut mutationi nulli obnoxius, diviſionem ſupra propoſitam maxime naturalem reddere videtur; neque facile alius character eſſentialis certior reperietur. Forma capſulae ipſa ſemper minus certa eſt, utpote quae ſaepe in una eademque ſpecie variat; in quibusdam tamen pro charactere

Digitized by Google

uſurpari poteſt, quemadmodum etiam ex habitu quarumdam ſpecierum genus cognoſcere poſſumus. Sic *Phaſcum* facile diſtinguitur a *Sphagno*, *Tetraphis* a *Splachno*, *Pohlia* et *Meeſia* a *Bryo*, *Neckera* et *Leskea* ab *Hypno*, *Polytrichum* a *Dicrano* et *Fontinali*, *Buxbaumia* a *Bartramia*.

Plures Auctorum recentiorum viam a celeb. HEDWIGIO ſtratam ingreſſi ſunt. Sic LEYSERUS, TIMMIUS, WILLDENOVIUS, ROTHIUS, LUMNITZERUS, SIBTHORPIUS, RETZIUS, HOFFMANNUS, HOSTIUS, BRIDEL cet. in libris quos ediderunt, eodem fundamento uſi ſunt; et acutiſſimus EHRHARTUS in conſtituendis quibusdam Muſcorum generibus [e]) jam ante HEDWIGIUM eosdem characteres adhibuit, quos adhibendos eſſe SCHRE-

e) In opere periodico: *Hannoveriſches Magazin.*

Digitized by Google

BERUS *f*) et LINNEUS diu ante docuere.

Quum ſpecierum Muſcorum frondoſorum, in Suecia repertarum, numerus inde a LINNEI temporibus et edita Flora Suecica pluribus novitiis detectis admodum increverit, has, characteribus ſpecificis rite definitas, ſuis locis inſerui. Iis quas jam LINNEUS habet, nomen quo Ille uſus eſt, adpoſui; quae in Ejus operibus non reperiuntur, ſigno crucis praefixo diſtinxi. Praeter figuram ſelectam, ſi alicubi reperitur, loca natalia indicavi. — Plures, maximam partem noviter inventas, deſcriptionibus iconibusque ad calcem adjectis illuſtravi.

Ex his 203 ſpeciebus 90 a. b. LINNEO vel omiſſae, vel Ipſi haud cognitae fuerunt; quarum plures tamen ab aliis Auctoribus, inprimis clariſſ. HEDWIGIO deſcriptae, aliquae vero plane

f) Obſ. de Phaſco p. 4. ſequ.

Digitized by Google

nondum cognitae ſunt. His Flora noſtra Suecica jam augetur.

Plurium characteres ſpecifici nimium prolixi multis forſan eſſe videbuntur; quod tamen evitari non potuit, ubi tot ſpecies, admodum cognatae et vix notabili differentia diſtinctae, erant definiendae; quarum notae etſi minus in oculos incurrentes, conſtantes tamen, confundi non debent ab acuto Botanico.

Species Muſcorum, in ultima a b. LINNEO reviſa editione *Syſtematis Vegetabilium* recenſitae, efficiunt 118. Ex his 78 in ultima editione *Florae Suecicae* reperiuntur. E Syſtemate laudato dein acceſſere 22. Omnium igitur ſumma eſt 100. Ex hoc computo incrementum Florae Suecicae in hoc ordine, poſt LINNEI tempora factum, perſpicitur.

Digitized by Google

TABULA
GENERVM
MVSCORVM FRONDOSORVM SVECIAE.

Capſulae ſunt

I. *Ore nullo.* PHASCVM L.

II. *Ore nudo*, ciliis nullis inſtructo

1. floribus maſculis *clavatis.* SPHAGNVM L.

2. flor. maſc. *diſcoideis* in diſtincta, vel *gemmaceis* in eadem planta. GYMNOSTOMVM. H.
Hedwigia H.

III. Ore aucto *Periſtomio*

A. *ſimplici*

a. dentato, dentibus

α. indiviſis

1. 4. TETRAPHIS. H.

Digitized by Google

2. 8. parium, capſula inſidente *apophyſi* inflatae.
SPLACHNVM L.

3. 16. *anguſtis* erectis; maſc. gemmac. in ead. pl.
ENCALYPTA Schreb.
(Leerſia H.)

4. 16. *latiuſculis* reflexis; maſc. capit. axillaribus.
GRIMMIA H.

5. 16. *anguſtis* conniventibus; maſc. capit. terminal. WEISSIA. H.

6. 16. erectis; maſc. et fem. axillaribus in div. pl.
PTEROGONIVM.
(Pterigynandrum H.)

7. 32. *geminatis* erectis; maſc. axill. vel term.
DIDYMODON.
Swartzia H.

Digitized by Google

β. bifidis

1. longis filiformibus erectis; maſc. gemm. axill.
TRICHOSTOMVM H.

2. brevioribus latiuſculis ſemiinflexis; maſc. gemm. in ead. vel capit. in div. pl.
DICRANVM H.
Fiſſidens H.

b. ciliato, ciliis ſupra orificium ſpiraliter convolutis; maſc. gemmac. vel capit.
TORTVLA H.
Barbula H.

B. *duplici*

a. exteriori *dentibus* 16, interiori pariter *dentibus* 16;

1. exterioribus latis reflexis, interioribus filiformibus ſ. o. ORTHOTRICHVM H.

Digitized by Google

2. exterioribus brevibus obtuſis, interioribus longioribus diſtinctis ſ. reticulato-connexis. MEESIA H.

3. exterioribus tortis apice cohaerentibus, interioribus planis proſtratis.

FVNARIA Schreb.

(Koelreutera H.)

b. exteriori *dentibus* 16; interiori *ciliis* brevibus erectis

1. baſi liberis. NECKERA. H.

2. baſi connatis

a. conformibus.

LESKEA. H.

b. difformibus

a) maſc. gemmif. axillar.

HYPNVM. L.

Digitized by Google

b) maſc. diſcoid. vel capit.

BRYVM. L. H.

Mnium. L. H.

Webera. H.

c. exteriori *dentibus* 16, interiori *reticulo* conico.

FONTINALIS. L.

d. exteriori *dentibus*, interiori *membrana*;

1. dentibus 16 latiuſculis longis; membrana diviſa in 16 lacinias aequales.

POHLIA H.

2. dentibus 16 cuneiformibus, membrana cuneiformi plicata. BARTRAMIA H.

3. dentibus 16 truncatis; membrana plicata.

BVXBAVMIA L.

Digitized by Google

4. dentibus 32 brevibus inflexis; membrana indiviſa, dentium apicibus adhaerente. POLYTRICHVM L.

SPE-

Digitized by Google

SPECIES MVSCORVM FRONDOSORVM SVECIAE.

1. PHASCVM. SCHREB. Gen. pl. n. 1636. HEDW. fund. 2. 85.

Capſula ovata, ſubſeſſilis, clauſa, l. cum rudimento operculi nunquam dehiſcente.

Mares ſubdiſcoidei, terminales, l. gemmacei axillares.

1. P. *ſubulatum*, cauleſcens, foliis lanceolato - linearibus patulis. HEDW. St. Cr. 1. p. 193. t. 35. *P. ſubulatum* L.
Habitat ad foſſas arenoſas.

2. + P. *piliferum*, cauleſcens, foliis oblongis piliferis erectis. SCHREB. Phaſc. t. 1. f. 6, 7. — in argillaceis.

3. + P. *criſpum*, cauleſcens, foliis lanceolatis patulis, perichaetialibus con-

Digitized by Google

cavis acuminatis involutis tortilibus. Hedw. ſt. 1. p. 26. t. 9.

— locis pinguibus, ad ſemitas.

4. Ph. *cuſpidatum*, caulеſcens, foliis ovatis cuſpidatis patulis, terminalibus erectis conniventibus. Schreb. Ph. t. 1. f. 1, 2.

P. acaulon. a. Linn. Fl. Su. n. 960.

— ad foſſas, muros.

5. P. *muticum*, acaule, foliis ovatis muticis concavis conniventibus. Schr. Ph. t. 1. f. 11. 18.

P. acaulon. b. Linn. Sp. Pl. 1570.

— in argillaceis graminoſis.

2. SPHAGNVM. Gen. Pl. n. 1637. Hedw. fund. 2. p. 85. t. 1. f. 1.

Capſ. ore nudo. *Calyptra* ab apice rumpens, capſulam inferne cingens.

Mares axillares in ramis ſuperioribus *clavati*.

1. S. *capillaceum*, foliis acuminatis, ramis filiformibus, apice capillaceis. Schmid. ic. 3. t. 58. f. 6.

S. paluſtre. b. LINN. DILL. m. t. 32. f. 2.

S. ſquarroſum trunco ſubramoſo foliorum apicibus recurvo-ſquarroſis — in locis humidis

— in palud. turfoſis.

2\. S. *cymbifolium*, foliis ovatis concavis, ramis turgidis. SCHMIDEL ic. 3. t. 58. f. 5.

S. paluſtre. a. LINN. DILL. m. t. 32. f. 1.

— in palud. et aquis ſtagn.

3. GYMNOSTOMVM. Gen. Pl. n. 1638. HEDW. fund. 2. p. 87. t. 7. f. 31. *Hedwigia.* EJVSD. p. 86.

Capſ. ovata: ore nudo.

Mares gemmacei in eadem, l. diſcoidei in diſtincta planta.

* *Mares gemmacei axillares in eodem individuo.* Hedwigia H.

1\. G. *ciliatum*, ſurculo ramoſo, foliis ovato-lanceolatis concavis: apice diaphano, perichaetialium denticulato ciliato. *Hedwigia ciliata.* HEDW. ſt. cr. 1. p. 107. t. 40.

Digitized by Google

Bryum apocarpum. b. Linn.

— ſupra ſaxa ſylvatica.

2. †. G. *lapponicum*, ſurculo ramoſo, foliis elongato-lanceolatis ſiccitate criſpis, capſulis turbinatis ſtriatis. Hedw. ſt. Cr. 3. 10. t. 5. A.

Hedwigia lapponica. Hedw. ſt. 3. p. 31.

— in praeruptis montium.

** *Mares diſciformes terminales in diverſo*. Gymnoſtomum. H.

3. G. *pyriforme*, ſubacaule, foliis explanatis oblongis acutis apice ſerrulatis, capſulis pyriformibus.

Bryum pyriforme. Linn. Dill. m. t. 44. f. 6.

— in pratis ſubhumidis.

4. G. *truncatum*, ſubacaule, foliis explanatis apiculatis, capſulis obovatis truncatis.

Bryum truncatulum. Linn. Hedw. St. Cr. 1. p. 13. t. 5.

— in agris, muris.

5. †. G. *ovatum*, ſubacaule, foliis ovatis concavis piliferis, capſulis ovatis. Hedw. St. Cr. 1. p. 16. t. 6.

— in argillaceis.

Digitized by Google

6. †. G. *Heimii*, ſubcauleſcens, foliis ſpathulato - acuminatis verſus apicem denticulatis, capſulis oblongis: operculo oblique roſtrato. H. St. Cr. 1. p. 80. t. 30. — in ſubhumidis.

7. †. G. *microſtomum*, ſubcauleſceus, foliis lanceolato-linearibus baſi latioribus, criſpatis; capſulis oblongis ore contractiore, operculis obliquis. H. St. Cr. 3. p. 71. t. 30.
— in umbroſis depreſſis.

4. TETRAPHIS. Gen. Pl. n. 1639. Hedw. fund. 2. p. 87. t. 7. f. 32.

Capſ. oblonga. *Periſt.* ſimplex: *dentibus* 4. pyramidalibus.

Mares diſcoidei, terminales in diſtincto individuo.

1. T. *pellucida*.
Mnium pellucidum. L. Dill. m. t. 31. f. 2.
— ad truncos putridos ſylvarum.

5. SPLACHNUM. Gen. Pl. n. 1641. Hedw. fund. 2. 88. t. 7. f. 33.

Capſ. cylindrica, *apophyſi* umbraculiformi l. obconicae intus cavae inſidens.

Mares gemmaceo-diſcoidei.

1. S. *rubrum*, foliis ſparſis ovatis concavis, perichaetialibus denticulatis, apophyſi umbraculiformi convexa rubra.
   S. *rubrum*. L. H. St. Cr. 2. p. 51. t. 18.
   — in udis turfoſis ſubalpinis.

2. S. *luteum*, foliis ſparſis obverſe ovatis, perichaetialibus integris, apophyſi umbraculiformi plana, lutea.
   S. luteum. L. H. St. Cr. 2. p. 48. t. 17.
   — in paludoſis ſubalpinis.

3. S. *ſphaericum*, foliis ſpathulato-acuminatis, apophyſi globoſa, viridi.
   S. ſphaericum. L. H. St. Cr. 2. p. 46. t. 16.
   — in turf. paluſtr. alpium.

Digitized by Google

4. S. *vaſculoſum*, foliis ſpathulato - ovatis obtuſis, apophyſi ovato - dilatata ſanguinea.
S. vaſculoſum. L. H. St. Cr. 2. p. 44. t. 15. — in paludibus.

S. Longicollum in paludibus
S. Carnerianum in paludibus

5. S. *ampullaceum*, foliis ovato - lanceolatis carinatis, apophyſi obovata, colloque longo.
S. ampullaceum. L. H. St. Cr. 2. p. 42. t. 14. — in paluſtr. turfoſis.

6. S. *mnioides*, foliis lanceolatis attenuatis erectis, capſula ovata, apophyſi obconica.
S. mnioides. L. H. St. Cr. 2. p. 35. t. 11. — in depreſſis alpinis.

7. S. *anguſtatum*, foliis ovato - lanceolatis: ſummis piliferis, capſula conoidea, apophyſi ovata, ſeta abbreviata. H. St. Cr. 2. p. 36. t. 12.
S. anguſtatum. L.
— in humidis alpinis.

8. †. S. *urceolatum*, ſurculo ſubdiviſo, foliis imbricatis ſpathulatis concavis, apice obtuſo breviter apiculato; capſ. oblonga, apophyſi obconica, minuta. H. St. Cr. 2. p. 37. t. 13.
— in depreſſis alpium.

Digitized by Google

9. †. S. *faſtigiatum*, foliis lanceolatis acuminatis apice flexuoſis, capſ. cylindracea, apophyſi obovato - conica. Dicks. faſc. 3. 2.

S. *breverianum*. H. St. Cr. 2. 105. t. 38.
— in udis alpinis.

10. †. S. *reticulatnm*, foliis obovatis ſpathulatisque concavis reticulatis diaphanis, capſ. pyriformi, apophyſi obconica minuta.

S. *Froelichianum*. H. St. Cr. 3. 99. t. 40.
Bryum reticulatum. Dicks. faſc. 2. 4. t. 4. f. 6. — in alpinis.

6. ENCALYPTA. Gen. pl. n. 1643. *Leerſia*. Hedw. f. 2. 83.

Capſ. cylindracea. *Periſt.* ſimplex: *dentibus* 16 anguſtis, erectis. *Calyptra* campanulata, laxa.

Mares gemmacei, axillares in eadem planta.

1. E. *extinctoria*, calyptra ore aequali, vaginulae membranula pileiformi.

Bryum extinctorium. a. L. *Leerſia vulgaris*. H. St. Cr. 1. 46. t. 18.
— in areis, muris.

Digitized by Google

2. E. *ciliata*, calyptra ore laciniato, vaginulae membranula cylindrica.
B. extinctorium. b. L. *Leerſia ciliata.* H. St. 1. 49. t. 19.
— ad margines ſabuloſos viarum.

3. E. *cirrata*, calyptra ore aequali, foliis lanceolato-linearibus carinatis, apice ſubulatis, ſiccitate tortilibus.
Mnium cirrhatum. LINN. DILL. m. t. 48. f. 42. — in graminoſis aridis.

7. WEISSIA. HEDW. fund. 2. 90. Gen. pl. n. 1642. ſub *Grimmia.*

Capſ. cylindracea. *Periſt.* ſimplex, *dentibus* 16. linearibus conniventibus.

Mares capituliformes, terminales in diverſa.

1. †. W. *curviroſtra*, foliis lanceolatis imbricatis patulis, capſ. cylindrica, operculo roſtello curvato. H. St. Cr. 1. 19. t. 7.
— ad margines agrorum ſabuloſ.

2. †. W. *heteromalla*, foliis lineari-ſubulatis baſi latioribus faſciculato-ſecundis, capſ. annulata, operculo conico. H. St. Cr. 1. 22. t. 8.

— ad marg. depreſſ. viarum.

3. †. W. *acuta*, foliis lanceolato-ſubulatis carinatis patentiuſculis, ramis inferne nigreſcentibus, capſ. ovatis erectis. H. St. Cr. 3. 86. t. 35.

— in rupibus alp. madidis.

4. †. W. *controverſa*, ſubacaulis, foliis lanceolato-linearibus ſiccitate contortilibus, caps. ovatis. H. St. Cr. 3. 12. t. 5. B.

Bryum virens. Dicks. faſc. 1.

— ad decliv. arenoſ. humidas.

PTEROGONIVM. *Pterigynandrum*. Hedw. St. Cr. 4. p. 16.

Capſ. oblonga. *Periſt.* ſimplex: *dentibus* 16. erectis.

*Flos maſculus femineus*que alaris.

1. P. *gracile*, ſurculis repentibus confertis, ramis teretibus curvatis, foliis lato-lanceolatis imbricatis; capſulis oblongis erectis. H. St. Cr. 4. 16. t. 6.

Digitized by Google

Hypnum gracile. L. Dill. m. 320. 41. f. 55. in truncis arborum.

8. GRIMMIA. Gen. pl. n. 1642. Hedw. fund. 2. p. 89.

Capſ. ovata. *Periſt.* ſimplex, *dentibus* 16. latiuſculis reflexilibus.

Mares axillares gemmiformes in eadem planta.

1. G. *apocarpa*, foliis ovato-acuminatis carinatis, perichaetialibus albo-apiculatis; capſ. oblongis ſubſtriatis, ſetis breviſſimis.

   Bryum apocarpum. a. L. H. St. Cr. 1. 104. t. 39.

   — in rupibus, truncis arb.

2. †. G. *alpicola*, foliis lanceolatis carinatis, capſ. laevibus obconicis ore dilatatis, ſetis breviſſimis.

   — in ſaxis ad rivulos alpinos.

G. ovata trunco divis. foliis piliferis capsula ovata, sed. basi ... operculo rostrato. Mohr et Weber ... in rupibus

G. rupincola, caule ... foliis ... lanceolatis integris, marginibus ...: capsulis ... formibus ..., operculo oblique rostrato; in ... rupibus.

9. DIDYMODON. Gen. pl. n. 1646. Hedw. St. Cr. 3. p. 8. *Swartzia.* ibid. 2, 72.

Conostomum gen: nov:
capsula subrotunda. Perist. simplex 16 dentat, dentibus ... in apicem conformem ...
M: masc. capituliformes terminales.
1. C. ovatum foliis lanceolatis acuminatis.
Bryum ... Dickson.
Grimmia conostoma Engl. botany 1135 — in alpibus

Capſ. oblonga. *Periſt.* ſimplex: *dentibus* 16–32. filiformibus per paria approximatis.

Mares axillares l. terminales.

1. †. D. *capillaceum*, cauleſcens, foliis vaginantibus bifariis lanceolatis carinatis, apice ſetaceo - capillaceis erectis; capſ. oblonga erecta, dentium 16 paribus.

D. homomallum Hedw Sp. m. p 105 tab 23 fi: 1—2

Mnium capillaceum Act. Vpſ. 4. *Swartzia capillacea.* H. St. Cr. 2. 72. t. 26. — in praeruptis montium.

2. †. D. *inclinatum*, cauleſcens, foliis imbricato - vaginantibus bifariis lanceolatis carinatis, apice capillaceis patulis; caps. ovata, cernua, dentium 8 paribus perforatis.

Swartzia inclinata. H. St. Cr. 2. 74. t. 27. — ad latera ſylvar. umbroſa.

3. †. D. *trifarium*, ſubacaule, foliis lanceolatis, ſuperioribus ſubulatis carinatis trifariis; capſ. ovata, erecta. *Swartzia trifaria.* H. St. Cr. 2. 76. t. 28. — ad latera agrorum.

4. †. D. *cernuum*, ſubacaule, foliis ovato-lanceolatis carinatis, capſ. ſubnutan-

Digitized by Google

te ovata baſi elongata, ſeta apice arcuata. — in umbroſis montium.

5. †. D. *puſillum*, ſubacaule, foliis ſubulatis baſi ovato - concavis ſubadpreſſis erectis; capſ. oblonga erecta. *Trichoſtomum puſillum*. H. St. Cr. 1. 74. t. 28. — in arenoſis apricis.

10. TRICHOSTOMVM. Gen. pl. n. 1645. Hedw. fund. 2. 90. t. 8. f. 43. 44.

Capſ. oblonga. *Periſt.* ſimplex: *dentibus* 16. bipartitis, laciniis ſetaceis rectis longis.

Mares gemmiformes, axillares.

1. T. *lanuginoſum*, ſurculo procumbente longiſſimo, foliis lanceolato - linearibus denticulatis apice canis; ramis ſetisque brevibus.
B. *hypnoides*. a. L. H. St. Cr. 3. 5. t. 2. — ſupra ſaxa in montoſ. aridis.

2. †. T. *faſciculare*, ſurculo procumbente, ramis confertis brevibus, foliis lanceolatis margine revoluto - patulis,

capſ. ovato - oblongis. Schrad. *ſpic.* 61. Dill. m. 370. t. 47. f. 28.

— in montoſis aridis.

3. T. *caneſcens*, erectiuſculum pallide virens, ramis confertis brevibus, foliis lanceolatis carinatis subrecurvis, apice diaphanis.

B. *hypnoides.* b. L. H. St. Cr. 3. 5. t. 3.

— in ſiccis apricis ſaxoſis.

4. †. T. *heteroſtichum*, ſurculo ſimpliciore erecto, foliis confertis lanceolatis, apice attenuatis denticulatis canis. H. St. Cr. 2. 70. t. 25.

— in ſiccis aridis montosis.

5. †. T. *glauceſcens*, ſurculo brevi ſimplici, foliis lanceolato - acuminatis patulis glauceſcentibus, capſ. cylindracea. H. St. Cr. 3. 91. t. 37. B.

— in umbroſis arenoſis ſubalpinis.

6. T. *fontinaloides*, ſurculo ramoſo decumbente, foliis lanceolatis patulis; capſ. lateralibus, ſetis perichaetio obvolutis. H. St. Cr. 3. 36. t. 14. *Fontinalis minor* L.

— ad ſaxa in aquis purioribus.

Digitized by Google

11. DICRANVM. Gen. pl. n. 1644. Hedw. fund. 2. 91. *Fiſſidens* ibid. t. 8. f. 3.

Capſ. oblonga. *Periſt.* ſimplex: *dentibus* 16, brevioribus, bifidis, ſubinflexis.

Mares in alis foliorum gemmiformes, l. capituliformes in diverſa ſtirpe.

* *Mares gemmiformes.* Fiſſidens. H.

1. D. *taxifolium*, ſurculo ſimplici plano, foliis bifariis lanceolatis imbricatis, ſeta ſubradicali, capſ. cernuis.

Hypnum taxifolium. L. Dill. m. t. 34. f 1. — in udis graminoſis.

2. D. *adiantoides*, ſurculo ſubdiviſo plano, foliis bifariis ovato - lanceolatis imbricatis; ſetis mediotenus axillaribus.

Hypnum adiantoides. L. H. St. Cr. 3. 62. 26.

— in palud. ad latera turfarum.

3. D. *viridulum*, ſurculo ſimplici adſurgente plano, foliis bifariis lanceo-

latis acutis patentibus; ſeta terminali, capſ. oblonga erecta, dentibus elongatis apice reflexilibus.

Bryum viridulum. L. *Fiſſidens bryoides.* H. St. Cr. 3. 67. t. 29.

— in declivibus umbroſis.

4. D. *bryoides*, ſurculo ſimplici erecto plano, foliis bifariis lineari-lanceolatis ſubobtuſis, ſeta terminali, capſ. ovata erecta, dentibus incurvis.

Hypnum bryoides L.

— in paluſtr. graminoſis.

5. D. *pulvinatum*, ſurculis ramoſis teretibus faſtigiatis, foliis piliferis, ſetis terminalibus reflexis, capſ. nutantibus.

Bryum pulvinatum. L. Dill. m. t. 50. f. 65. in muris, tectis.

6. D. *ſciuroides*, ſurculis ramoſis teretibus incurvatis, ſetis lateralibus, capſ. erectis.

Hypnum ſciuroides. L. Dill. m. t. 41. f. 54. — in truncis arborum.

7. †. D. *polycarpon*, ſurculis ſubdiviſis teretibus, foliis linearibus ſiccitate tor-

tilibus; ſetis terminalibus; capſ. rectis.

Fiſſidens polycarpos. H. St. Cr. 2. p. 85. t. 31.
— in ſylvis umbroſis ſubalpinis.

8. †. D. *ſtrumiferum*, ſurculis ſubdiviſis teretibus, foliis linearibus erectis ſiccitate tortilibus, ſetis terminalibus, capſ. cernuis baſi interiore ſtrumoſis.

Fiſſidens ſtrumifer. H. St. Cr. 88. t. 32.
— in fiſſuris rupium umbrosis.

** *Mares capituliformes in diverſo.* Dicranum. H.

9. †. D. *virens*, ſurculis erectis ſubdiviſis, foliis baſi vaginantibus lanceolato-linearibus patulis margine revolutis, apice tortilibus; capſ. cernuis ſtrumiferis.

Bryum virens. Act. Vpſ. 4. p. 241. H. St. Cr. 3. p. 78. t. 32.
— in ſylveſtribus ſubalpinis.

10. †. D. *ſpurium*, ſurculis erectis ramoſis, foliis lanceolatis concavis imbricatis,

ſummis faſtigiatis patulis. Hedw. St. Cr. 1. p. 82. t. 30.

— in ſylvis arenoſis.

11. D. *ſcoparium*, ſurculis erectis ramoſis, foliis confertis ſubulatis carinatis rigidiuſculis ſecundis; ſetis ſolitariis. *Bryum ſcoparium*. L. Dill. m. t. 46. f. 16. — in ſylvis.

12. †. D. *polyſetum*, ſurculis erectis ramoſis, foliis confertis lanceolatis acuminatis planis undulatis ſubſecundis, ſetis aggregatis.
D. *undulatum*. schrad. ſpicil. 59.
— in ſylvis umbroſis.

13. †. D. *longifolium*, ſurculis aſſurgentibus gracilibus, foliis baſi lanceolato - concavis, verſus apicem canaliculato - capillaribus arcuatis ſecundis. H. St. Cr. 3. p. 24. t. 9.
— in arenoſis ſylveſtribus.

14. D. *flexuoſum*, ſurculis erectis, foliis capillaceis patulis ſubſecundis; ſetis flexuoſis, capſulis erectis.
Bryum flexuoſum. L. Dill. m. t. 47. f. 33. — in ſylvis.

Digitized by Google

D. montanum Hedw. sp. m. III. t. 35 f: 3—13

15. D. *glaucum*, ſurculis erectis ramoſis, foliis confertiſſimis lanceolatis carinatis rectis albido glaucis.

Bryum glaucum. L. Dill. m. t. 46. f. 20.

— in turfoſis, paluſtribus.

16. D. *pellucidum*, ſurculis erectis ſubdiviſis, foliis lanceolatis carinatis acutis ſubrecurvis diaphanis margine undulatis, capſ. erectiuſculis.

B. pellucidum. Dill. m. t. 46. f. 23.

— in ſylvis ſubhumidis.

17. D. *aciculare*, ſurculis erectis ſubdiviſis, foliis lanceolatis obtuſis patulis ſubſecundis atro - virentibus; capſ. oblongis operculisque aciformibus rectis.

B. *aciculare*. L. H. St. Cr. 3. p. 79. t. 33.

— ad latera montium humida.

18. †. D. *ovatum*, ſurculis erectis ſubramoſis faſtigiatis, foliis lanceolato - ſubulatis piliferis; capſ. ovalibus operculisque rectis.

H. St. Cr. 3. p. 81. t. 34. A.

— ad latera montium.

Digitized by Google

19. D. *purpureum*, ſurculis erectis dichotomis, axillis ſetiferis, foliis carinatis; capſ. ſubcylindricis erectiuſculis, matureſcentibus incurvis ſtriatis.

Mnium purpureum. L. Dill. m. t. 49. f. 51.

— ad vias, muros, ericeta.

20. D. *Celſii*, ſurculis breviſſimis ſimplicibus, foliis ſetaceis patulis; capſ. cylindricis erectiuſculis ſubobliquis, maturis ſtriatis.

Bryum Celſii. L. Dill. m. t. 49. f. 54.

— in apricis arenoſis.

21. D. *ſetaceum*, ſurculis breviſſimis ſimplicibus, foliis 4-fariis apice ſetaceis; capſ. erectiuſculis ovatis longicollis.

Mnium ſetaceum. L.

Dicranum ambiguum. H. St. Cr. 3. p. 99. t. 36.

— in humidiuſculis.

22. †. D. *cerviculatum*, ſurculis breviſſimis ſimplicibus, foliis lanceolatis acuminatis patulis, capſ. ſubcernuis ſubrotundo-ovatis obliquis, collo breviſſimo ſtrumoſo.

Digitized by Google

H. St. Cr. 3. p. 89. t. 36. A. — in ſubhumidis arenoſis. D. flavidum.

23. D. *varium*, ſurculis ſimplicibus, foliis ſubulatis carinatis ſubſecundis, capſulis ovatis erectis cernuisque. *Bryum ſimplex*. L. H. St. Cr. 2. p. 93. t. 35. — ad latera viarum.

24. D. *heteromallum*, ſurculis ſimpliciuſculis, foliis baſi concavis membranaceis apice ſubulatis ſecundis, capſulis ovatis ſubcernuis. Hedw. St. Cr. 1. p. 68. t. 26.
Bryum heteromallum. L.
— in pinetis et ericetis ſubhumidis.

25. †. D. *criſpum*, ſurculis ſimplicibus, foliis ſubdiſtichis capillaceis apice flexuoſis; capſ. ovatis erectis, ore patulo. H. St. Cr. 2. p. 91. t. 33. — in humidis arenoſis.
b. foliis patulis ſtrictioribus.
Bryum paludoſum. L. Dill. m. 49. f. 55. — in depreſſis argillaceis.

26. †. D. *Schreberi*, ſurculis ſimplicibus, foliis ſparſis ovato-lanceolatis apice capillaceis flexuoſis, capſulis ovatis cernuis, ore patulo.

Digitized by Google

Bryum criſpum. Schreb. Lipſ. 1038.
— in umbroſis graminoſis.

27. †. D. *puſillum*, ſurculis ſimplicibus, foliis capillaribus patulis rigidiuſculis baſi concavis, ſummis faſtigiatis, capſ. ovalibus ſubcernuis, collo breviſſimo obliquo.
H. St. Cr. 2. p. 89. t. 29. B.
— in depreſſis graminoſis.

28. †. D. *rigidulum*, ſurculis ſimplicibus, foliis concavis carinatis apice ſubulatis erectis rigidis; ſeriorum terminalium ſetas aequantium recurvato-ſecundis; capſ. ovatis erectiuſculis, incurvisque.
— in argilloſis.

12. TORTVLA. Gen. plant. n. 1647. Hedw. fund. 2. p. 92. t. 8. f. 38. 39. *Barbula.* ib.

Capſ. cylindracea. *Periſt.* ſimplex: ciliis ſpiraliter convolutis.

Mares gemmiformes axillares in eodem, l. capituliformes in diverſo individuo.

Digitized by Google

* *Mares gemmiformes in eadem planta.*
Tortula. H.

1. T. *ſubulata*, ſurculis breviſſimis ſimplicibus, foliis lato-lanceolatis acuminatis; capſ. elongato-cylindraceis, operculis conicis acutis rectis.

Bryum ſubulatum. L. Dill. m. t. 45. f. 10. — in ſubhumidis.

** *Mares capituliformes in diverſa ſtirpe.* Barbula. H.

2. T. *muralis*, ſurculis breviſſimis ſubdiviſis, foliis ovatis acutis apice piliferis, capſ. ovatis, operculis conicis acutis.

Bryum murale. L. Dill. m. t. 45. f. 14. — in tectis, muris.

3. T. *tortuoſa*, ſurculis ramoſis, foliis lanceolato-linearibus carinatis ſubulatis, ſiccitate tortilibus; capſulis cylindraceis, operculis erectiuſculis.

Bryum tortuoſum. Linn. Dill. m. t. 42. f. 40. — in argilloſis, calcareis.

4. T. *ruralis*, ſurculis ramoſis, foliis obovatis obtuſis reflexis apice pilife-

ris; capſ. cylindricis, operculis inclinatis.

Bryum rurale. L. Dill. m. t. 45. f. 12.
— in truncis, tectis, muris.

5. †. T. *fallax*, ſurculis ſubdiviſis, foliis carinatis lanceolato - linearibus recurvato - patulis; capſulis oblongis rectis.

Barbula fallax. H. St. Cr. 1. p. 62. t. 24.
— ad latera agrorum.

6. †. T. *mucronulata*, ſurculis ſimplicibus, foliis lanceolato - linearibus carinatis patulis apice mucronatis; capſ. oblongis ſubobliquis. apice attenuatis

Bryum mucronulatum. Dicks. ~~*Barbula unguiculata.* H. St. Cr. 1. p. 74. t. 27.~~
— ad aggeres ſubhumidos.

7. †. T. *rigida*, ſurculis acaulibus, foliis oblongis ſublingulatis patulis margine involutis; capſ. oblongis rectis.

Bryum ſtellatum. Schreb. *Barbula rigida.* H. St. Cr. 1. p. 65. t. 25.
— in muris, argilloſis.

Tortula unguiculata
Barbula unguiculata H. St. Cr. 1. 74. 27
Surculis simplicibus, foliis lineari-lanceolatis patulis;
capsul. obliquis, operculis conicis

8. †. T. *convoluta*, ſurculis ſubdiviſis, foliis lanceolatis patulis, perichaetii obtuſis in cylindrum convolutis; capſ. oblongis rectis, ſetis tenuiſſimis pallidis.

Barbula ſetacea. H. St. Cr. 1. p. 87. t. 32. Schmid. ic. 3. t. 57. f. 5.

— in aridis apricis.

9. †. T. *curta*, ſurculis ſimplicibus linearibus, foliis lanceolatis acuminatis erectis baſi adpreſſis: capſ. oblongis rectis, periſtomio breviſſimo.

Barbula curta. H. St. Cr. 3. p. 69. t. 31. B.

— in arvis argillaceis.

13. ORTHOTRICHVM. Gen. plant. n. 1648. ſub Weiſia. Hedw. St. Cr. 2. p. 96.

Capſ. oblonga. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 8–16 reflexilibus; *interius* totidem filiformibus, aut nullum.

Calyptra ſetis erectis hiſpida — l. nuda, ſulcata.

Mares axillares et terminales.

1. O. *criſpum*, foliis contortis linearibus ſiccitate criſpis; capſ. obovatis, ſetis ſuperne incraſſatis. Hedw. St. Cr. 2. p. 96. t. 35.

Bryum ſtriatum. d. L.

— in arboribus.

2. O. *ſtriatum*, foliis lanceolatis margine revolutis patulis; capſulis ſubpedunculatis cylindricis ſtriatis, dentibus periſtomiorum 8-16: interioribus capillaceis articulatis. H. St. Cr. 2. p. 99. t. 36.

Bryum ſtriatum. a. L.

— in arbor. tectis, ſepibus.

3. †. O. *obtuſifolium*, foliis ovato-lanceolatis obtuſis concavis; capſulis oblongis, ſubſeſſilibus; dentibus periſtomiorum 8-16 aurantiis, calyptra nuda.

O. obtuſifolium. Schrad. ann. bot. p. 110.

— ad truncos Populi tremulae.

4. †. O. *pumilum*, foliis lato-lanceolatis acutis margine revolutis patulis, capſulis cylindraceis ſubſeſſilibus;

Digitized by Google

periſtomiorum dentibus octo albidis, calyptra nuda.

— in cortice arborum.

5. O. *anomalum*, foliis lanceolatis carinatis margine revolutis patulis; capſ. oblongis ſtriatis, periſtomio interno deſtitutis; limbo calyptrarum crenulato. H. St. Cr. 2. p. 102. t. 38. B. *ſtriatum*. b. L.

— in muris, tegulis, ſaxis.

14. MEESIA. Gen. pl. n. 1653. HEDW. fund. 2. p. 97. t. 9. f. 56. 57.

Capſ. oblonga. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 16. abbreviatis obtuſis; *interius* ciliis totidem diſtinctis, l. opere reticulato connexis.

Mares femineis approximati, l. in diverſa planta diſcoidei.

1. M. *longiſeta*, ſurculis elongatis, foliis ovato-lanceolatis patulis; capſ. pyriformibus cernuis, operculis conicis; ſetis longiſſimis.

Digitized by Google

Mninm triquetrum. L. H. St. 1. p. 56.
t. 31. 32.

— in palud. turfoſis.

2. M. *uliginoſa*, ſurculis abbreviatis, foliis lineari - lingulatis obtuſis; capſ. pyriformibus cernuis.

Mnium trichodes. L. H. St. Cr. 1.
p. 1. t. 1. 2.

— in udis depreſſis.

3. †. M. *dealbata*, ſurculis abbreviatis, foliis lanceolatis acutis patentibus reticulatis; capſ. pyriformibus incurvo - cernuis, operculis acutis.

B. *dealbatum.* Dickson. faſc. 2. p. 8.
t. 5. f. 3. — in paludoſis.

Junonia S: p: 1630 caps. obconica. Perist. duplex, ext: dent. 16 obliquis, apice cohaerentibus. interior totidem planis membranaceis masculi discoidei, in diversis individuis.

16. POHLIA. Gen. plant. n. 1649. Hedw. St. Cr. 1. p. 96.

Capſ. oblonga. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 16. reflexilibus; *interius* membrana apice 16- partita.

Mares capitulifomes in diſtincta planta.

F. hygrometrica mnium hygrometricum L. Dill. musc. 52 f. 75 A- H in humidis

1. †. P. *elongata*, foliis lanceolatis, capſ. erectiuſculis cylindraceis baſi elon-

2. F. calcarea foliis ovatis, apice longo capillaceo terminatis, tota recta, capsula oblonga basi attenuata cernua. in locis apricis calcareis

act. Holm. 1204

Digitized by Google

gatis, ſub ore contractioribus. Hedw. St. Cr. 1. p. 96. t. 36.

— ad latera humida agrorum.

2. †. P. *inclinata*, foliis ovatis acuminatis, capſ. obconicis cernuis.

— in uliginoſis.

17. BRYUM. Gen. pl. n. 1651. Hedw. fund. 2. p. 94. t. 5. f. 23. *Mnium* ib. *Webera* ib.

Capſ. oblonga l. ovata. *Periſt.* duplex: *exterius* dent. 16. acutis; *interius* membranaceum, plicato - carinatum margine laciniatum, laciniis ciliisque alternis.

Mares l. femineis approximati, l. capituliformes, l. diſcoidei in eodem l. diverſo individuo.

* *Mares femineis approximati.* Webera H.

1. B. *pyriforme*, ſurculis ſimplicibus, foliis linearibus, ſummis longiſſimis capillaribus, capſ. pyriformibus pendulis, operculo obtuſo.

Digitized by Google

Mnium pyriforme. L. *Webera pyriformis.* H. St. Cr. 1. p. 5. t. 3.
— in fiſſuris rupium.

2. †. B. *nutans*, ſurculis ſimplicibus, foliis ovato - lanceolatis acuminatis; capſ. oblongis nutantibus, operculo apice acuto.
Bryum nutans. Schreb. *Webera nutans* H. St. Cr. 1. p. 9. t. 4.
— in glareoſis, ſylvis abietinis.

** *Mares capituliformes in diverſa ſtirpe.* Bryum II.

3. B. *androgynum*, ſurculis ſubdiviſis, foliis lanceolato - linearibus erectis; capſ. cylindricis erectiuſculis, operculis apiculo obtuſo ſubincurvo.
Mnium androgynum. L. Dill. m. t. 31. f. 1.
— in uliginoſis ad radices arbor.

4. B. *paluſtre*, ſurculis ramoſis dichotomis, foliis lanceolatis acuminatis carinatis patulis; capſ. oblongis ſubcernuis, operculo conico.
Mnium paluſtre. L. Dill. m. t. 31. f. 3.
— in paluſtribus.

Digitized by Google

5. B. *argenteum*, ſurculis ſimplicibus confertis teretibus, foliis imbricatis oblongis concavis adpreſſis apice ſubulatis; capſ. oblongis nutantibus.
Bryum argenteum. L. Dill. m. t. 50. f. 62.
— in apricis, tectis, muris.

6. †. B. *pallens*, ſurculis ſimplicibus confertis, foliis ovatis acuminatis erectis; capſulis ovatis baſi attenuatis cernuis, ſetis apice curvis.
— in depreſſis montoſis.

7. B. *carneum*, ſurculis ſimplicibus; foliis lanceolatis remotis, capſulis ovatis pendulis.
B. carneum. L. *B. delicatulum.* H. St. Cr. 1. p. 53. t. 20.
— in arenoſ. ſubhumidis.

8. B. *alpinum*, ſurculis ramoſis, ramis teretibus acutis; foliis imbricatis ovatis acuminatis carinatis erectis purpuraſcentibus; capſ. oblongis pendulis.
B. alpinum. L. Dill. t. 50. f. 64.
— ad latera madida montium.

Digitized by Google

9. †. B. *pulchellum*, ſurculis ſimplicibus lanceolatis erectis; capſ. ſubrotundis pendulis, ſetis ſubflexuoſis tenuiſſimis. H. St. Cr. 3. p. 95. t. 38. B.

— ad ripas fluviorum alp.

*** *Mares diſciformes in eadem planta.* Mnium H.

10. B. *fontanum*, ſurculis ſubramoſis teretibus erectis confertis, foliis ovato-lanceolatis apice ſetaceis ſubſecundis; capſ. ſubrotundis obliquis, operculis umbilicatis. ✗

Mnium fontanum. L. Dill. m. 44. f. 2.

— ad fontes inque depreſſis.

11. B. *ſquarroſum*, ſurculis ſimpliciuſculis confertis ferrugineo-tomentoſis, foliis quinquefarie imbricatis ovatis acutis revolutis; capſ. oblongis obliquis.

B. ſquarroſum. L. Buxbaum. Cent. 4. p. 36. t. 65. f. 1.

— in paludibus apricis.

12. B. *hornum*, ſurculis ſimplicibus, foliis lanceolatis margine ſerratis; capſ. oblongis

✗ Bartramiae species nova. vid. Schrader Journ. 1800 p 182 ...

oblongis ovatisque nutantibus, calyptra recta, ſeta apice arcuata.

Mnium hornum. L. Dill. t. 51. f. 71.

— in ſylvis adque aggeres.

13. †. B. *longicollum*, ſurculis ſimplicibus, foliis lanceolatis apice attenuatis serratis; capſulis erectis collo elongato.

— in fiſſuris montium.

14. B. *crudum*, ſurculis ſimplicibus, foliis ovato-lanceolatis integris, ſummis linearibus; capſ. oblongis cernuis, calyptra recurvata.

Mnium crudum. L. Hedw. St. Cr. 1. p. 99. t. 37.

— in udis montoſis, praeruptis.

15. †. B. *ventricoſum*, ſurculis ſubdiviſis inferne ferrugineo-tomentoſis, foliis lanceolatis patentibus rigidulis; capſ. cylindraceo-ventricoſis pendulis.

Bryum ventricoſum. Dickson.

Mnium pſeudotriquetrum. H. St. Cr. 3. p. 19. t. 7.

— in apricis paludosis.

16. †. B. *turbinatum*, ſurculis ſubdiviſis, foliis ovato-acuminatis patulis ru-

Digitized by Google

bentibus, capſ. pyriformibus pendulis. Hedw. St. Cr. 3. p. 22. t. 8.
— in paludoſis.

17. †. B. *bimum*, ſurculis ſubdiviſis, ſerioribus filiformibus proliferis, foliis remotis lanceolatis acuminatis carinatis patulis; capſ. oblongis ſubnutantibus.
Dill. m. 405. t. 51. f. 73.
— in paludibus.

18. B. *annotinum*, ſurculis acaulibus, ſerioribus pedunculisque ſubradicalibus, foliis lanceolatis acuminatis pellucidis remotis; capſ. oblongis pendulis.
Mnium annotinum. L. Dill. t. 50. f. 68. — in humidis ſylveſtribus.

19. B. *capillare*, ſurculis breviſſimis, ſerioribus teretiuſculis, foliis confertis ovatis acuminatis apice piliferis patulis; capſ. elongatis nutantibus.
Mnium capillare. L. Dill. t. 50. f. 67.
— in humidis ſylveſtribus.

20. B. *caeſpititium*, ſurculis breviſſimis, ſerioribus apice caeſpitoſis e foliis

lanceolatis acuminato - ſetaceis conniventibus; capſ. oblongis pendulis.
B. caeſpititium. L. Dill. t. 50. f. 66.
— in glareoſis graminoſis.

21. B. *ſerpillifolium*, ſurculis ſimpliciuſculis proliferis, foliis obovatis integris patentibus planis; capſ. ovatis pendulis, operculo conico acuto.
M. *ſerpillifolium.* a. L. Dill. t. 53. f. 81. — in paluſtr. et rivuloſis.

22. B. *cuſpidatum*, ſurculis ſimplicibus, foliis ovatis acuminatis ſerrulatis patentibus; capſ. ovatis pendulis, operculo conico acuto.
M. *ſerpillifolium.* b. L. Dill. t. 53. f. 79. — in pratis udis.

23. B. *roſeum*, ſurculis ſimplicibus proliferis, foliis oblongis acutis integris erectiuſculis; capſ. oblongis ſubnutantibus, operculo convexo.
M. *ſerpillifolium.* c. L. Dill. t. 52. f. 77.
— in ſylvis udis, ericetis.

24. B. *ligulatum*, ſurculis ſubſimplicibus e radice repente, foliis oblongis ſer-

Digitized by Google

ratis undulatisve; capſ. ovatis pendulis, operculo convexo.

M. *ſerpillifolium.* d. *undulatum.* L. Dill. t. 52. f. 76.

— in umbroſis humidis.

18. HYPNVM. Gen. pl. n. 1656. Hedw. fund. 2. p. 94. t. 5. f. 22. 23.

Capſ. oblonga. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 16. latiuſculis; *interius* aequale, membranaceum, laciniatum; laciniis ciliis interjectis.

Mares gemmiformes in axillis foliorum in diverſis individuis.

* *Surculis planis, foliis bifariis.*

1. H. *denticulatum*, ſurculis ſimplicibus, foliis duplicato-bifariis, ſetis ſubradicalibus; capſ. operculo obtuſo.

H. *denticulatum.* L. Dill. t. 34. f. 5.

— in umbroſis ſylvarum.

2. H. *ſylvaticum*, ſurculis ſubdiviſis, foliis ſimpliciter bifariis acutis, ſetis

Digitized by Google

lateralibus; capſ. operculo acuminato.

H. *ſylvaticum.* L. Dill. t. 34. b.
— in locis umbroſ. ſubhumidis.

3. H. *undulatum*, ſurculis ramoſis complanatis, foliis ſerie duplici imbricatis lanceolato-acutis complicatis.

H. *undulatum.* L. Dill. t. 36. t. 11.
— in ſylvis umbroſis.

** *Surculis pennatis.*

a) *Ramis biſariis planis.*

4. H. *parietinum*, ſurculis continuatis ſubproliferis duplicato-pinnatis planis, foliis lanceolatis imbricatis ſplendentibus, ſetis aggregatis, capſulis cylindricis operculoque cuſpidato apice incurvis. H. splendens Hedw.
H. *parietinum.* L. Dill. t. 35, f. 13.
— in ſylvis.

5. H. *proliferum*, ſurculis proliferis flexuoſis ſubtriplicato-pinnatis planis, pinnis apice obtuſis, foliis acuminatis imbricatis; ſetis aggregatis, capſ. cylindricis incurvis operculo rectiore.

Digitized by Google

H. *proliferum.* L. Dill. t. 35. f. 14.
H. *recognitum.* H. St. Cr. 4. p. 56. t. 26.

— in ſylvis umbroſis. *)

6. H. *praelongum*, ſurculis ſubproliferis repentibus laxis ſimpliciter pinnatis, foliis lato-lanceolatis patulis; capſ. oblongis operculoque acuminato incurvis, pedunculis ſcabris. Hedw. 4. p. 76. t. 29.

H. *praelongum.* L. Dill. t. 35. f. 15.

— ſupra truncos vetuſt.

7. H. *abietinum*, ſurculis ſimpliciter pinnatis confertis erectiuſculis, pinnisque filiformibus teretibus, foliis ovatis acuminatis imbricatis; capſ. cylindricis incurvis, operculo breviſſimo.

H. *abietinum.* L. Dill. t. 35. f. 17.

— in ſylvis abietinis.

8. †. H. *dubium*, ſurculis erectiuſculis, ramulis patentibus ſubreflexis; foliis

*) *Hypnum delicatulum* L., ſpecies a Dillenio mutuata, in America proveniens, inter plantas Europaeas non eſt numeranda.

Digitized by Google

ovato-lanceolatis patulis, terminalibus ſaepe convolutis; capſulis oblongis cernuis. .

H. *dubium.* Neck. Dill. m. 36. f. 21.
— in depreſſis.

b) *Ramis bifariis foliisque circinalibus.*

9. H. *filicinum*, ſurculis erectiuſculis tomentoſis, ramulis diſtantibus inaequalibus, foliis acutis recurvis; capſ. cylindraceis incurvatis.

H. *filicinum.* L. Dill. t. 37. f. 19.
— in ſubhumidis.

10. H. *criſta caſtrenſis*, ſurculis erectiuſculis, ramulis approximatis aequalibus, foliis acutis recurvis; capſulis oblongis incurvatis.

H. *criſta caſtrenſis.* L.
— in ſylvis umbroſis.

11. †. H. *molluſcum*, ſurculis decumbentibus ſubdiviſis, ramulis implicato-approximatis ſubaequalibus, foliis acutis recurvis; capſ. ovatis. Dill. t. 37. f. 20. Hedw. St. 4. p. 56. t. 22.
— in ſylvis aridis.

12. H. *compreſſum*, ſurculis decumbentibus ramulisque compreſſis, foliis

— H. umbratum. Hedw. Sp. m. 263. t. 65. f. 10—12

acutis recurvis; capſ. oblongis ere-
ctiuſculis.

H. *compreſſum.* L. Dill. 37. f. 22.
— in ſylvis ſubhumidis.

*** *Surculis teretiuſculis.*

a) *Ramis circinalibus, foliis ſecundis.*

13. H. *aduncum*, ſurculis erectiuſculis, ramis ſparſis, foliis lato - lanceolatis apice ſetaceis recurvis; capſ. ovatis cernuis, operculo apice obtuſo.

H. *aduncum.* L. Dill. 37. f. 26. H. St. Cr. 4. p. 62. t. 24.
— in depreſſis.

14. †. H. *uncinatum*, ſurculis proſtratis, ramis ſubbifariis, foliis lanceolatis apice ſetaceis recurvis, perichaetiis longis; capſ. cylindricis erectiuſculis, operculo acuto.

H. St. Cr. 4. p. 65. t. 21.
— in paluſtribus.

15. †. H. *commutatum*, ſurculis procumbentibus ramoſis, ramulis ſubdiviſis ſubbifariis, foliis lato-lanceolatis acuminatis, apicibus curvis ſubſecundis; capſulis oblongis cernuis,

Digitized by Google

perichaetiis ſtriatis longis albidis, Hedw. St. 4. p. 66. t. 26.

— in paludibus.

16. H. *fluitans*, ſurculis laxis adſcendentibus, ramis breviſſimis patentibus ſubbifariis, foliis lanceolatis attenuatis patulis, terminalibus convolutis recurvisque; capſ. cernuis, ſetis longiſſimis.

H. *aduncum*. Hedw. St. Cr. 4. p. 62. f. 24.

H. *fluitans*. L. Dill. t. 38. f. 33. Vaill. par. t. 33. f. 6. H. St. Cr. 4. p. 64. t. 36.

— in foſſis, aquis ſtagnantibus.

17. H. *cupreſſiforme*, ſurculis proſtratis tereti-compreſſiuſculis, ramis ſparſis inaequalibus, foliis imbricatis ovato-lanceolatis apice ſubulatis recurvis, capſ. cylindricis ſubincurvis.

H. *cupreſſiforme*. L. Dill. t. 38. f. 23. H. St. Cr. 4. p. 59. t. 23.

— ad radices arborum.

18. H. *rugoſum*, ſurculis erectiuſculis, ramis ſparſis, foliis imbricatis lan-

H. molle, surculis pendulis filiformibus ramosissimis foliis patentibus ovato-lanceolatis adentatis, sporangiis subovalis erectis cernuisque. Hedw. Sp. m: 273. t. 70. f. 1-10

ceolatis baſi rugoſis, capſ. cylindraceis ſuberectis.

H. *rugoſum*. L. Dill. t. 38. f. 24.

— in ſylvis.

19. H. *ſcorpioides*, ſurculis ramisque procumbentibus atropurpureis, foliis ovato-lanceolatis concavis imbricatis, capſ. oblongis ſubcernuis.

H. *ſcorpioides*. L. Dill. t. 38. f. 25.

— in paludibus.

20. †. H. *diaſtrophyllum*, ſurculis procumbentibus, ramulis ſimplicibus inaequalibus ſparſis; foliis ovatis acuminatis, e baſi imbricata ſuperne diſtortis; capſulis oblongis ſubincurvis.

Hedw. St. 4. p. 58. t. 22. f. a. b. (fol.)

— in udis umbroſis.

21. †. H. *revolvens*, ſurculis ramisque ſparſis erectiuſculis, foliis linearibus apice capillaceis recurvato-tortilibus; capſ. oblongis ſubincurvis.

— in depreſſis montium.

22. H. *luridum*, ſurculis repentibus, ramis confertis erectis depreſſisque, foliis ovatis acutis imbricatis rectis

recurviſque; capſ. oblongis ſubcernuis. H. St. Cr. 4. p. 99. t. 38.

H. *paluſtre.* L. Dill. t. 37. f. 27.

— in udis.

b) *Ramis rectis, foliis undique patulis.*

23. H. *loreum*, ſurculis repentibus longiſſimis, foliis lineari-lanceolatis patenti-reflexis; capſulis ovatis ſubnutantibus.

H. *loreum.* L. Dill. t. 39. f. 40.

— in ſiccis umbroſis.

24. H. *ſquarroſum*, ſurculis ramisque adſcendentibus, foliis lanceolatis baſi complicato-carinatis quinquefariam recurvatis; capſ. obliquis ſubnutantibus.

H. *ſquarroſum.* L. Dill. 39. f. 39.

— in ſubhumidis.

25. H. *triquetrum*, ſurculis pinnato-ſparſis aſſurgentibus, ramis recurvatis, foliis deltoideis acuminatis ſubreflexis; capſ. nutantibus; operculo obtuſo.

H. *triquetrum.* L. Dill. t. 38. f. 28.

— in dumetis, ſepibus.

26. †. H. *ſtriatum*, ſurculis ramoſis decumbentibus, ramis patulis recurvisque, foliis ovatis acutis lineatis patulis; capſ. ſubnutantibus, operculo roſtrato incurvo.

H. *ſtriatum*. Schreb. Hedw. St. Cr. 4, p. 32. t. 13.

— in ſylvis umbroſis arenoſis.

27. H. *alopecurum*, ſurculo e radice repente ſimplici erecto, ramis terminalibus faſciculatis ſubdiviſis, foliis ovatis acuminatis carinatis laxe imbricatis; capſ. ovatis inclinatis.

H. *alopecurum*. L. Dill. t. 41. f. 49.

— in ſylvis ſubhumidis.

28. H. *purum*, ſurculis erectis ſubdiviſis pinnato-ſparſis apice ſubulatis, foliis imbricatis ovatis obtuſis ſplendentibus; capſ. ovatis ſubnutantibus, operculo acuminato.

H. *purum*. L. Dill. t. 40. f. 45.

— in ſylvis humidis umbroſis.

29. †. H. *muticum*, ſurculis ſubdiviſis erectis pinnato-ſparſis compreſſis, foliis oblongis acutis laxe imbricatis; capſ. oblongis, operculo conico.

Digitized by Google

H. *compreſſum.* SCHREB. DILL. t. 40. f. 47.

— in ſylvis depreſſis.

30. H. *illecebrum*, ſurculis ſubdiviſis pinnato - ſparſis ramisque teretibus obtuſioribus, foliis oblongis obtuſis mucronatis imbricatis; capſ. ovatis nutantibus.

H. *illecebrum.* L. DILL. t. 40. f. 46.

— in ſylvis umbroſis.

31. H. *cuſpidatum*, ſurculis erectiuſculis pinnato - ſparſis, apice foliis convolutis cuſpidato; capſulis oblongis incurvis, operculo conico.

H. *cuſpidatum.* L. DILL. t. 39. f. 34.

— in pratis udis.

32. †. H. *ſtellatum*, ſurculis erectis ſimplicibus ſubdiviſisque, foliis ovato-lanceolatis apice attenuatis patulis, capſ. oblongis incurvis.

H. *ſtellatum.* SCHREB. DICKS. DILL. t. 39. f. 35.

— in paluſtribus.

33. †. H. *rufeſcens*, ſurculis erectis ſimpliciuſculis apice compreſſis, foliis imbricatis rectis lanceolatis pilo ari-

Digitized by Google

ſtatis nitentibus; capſ. cylindricis inclinatis, operculo conico.

H. *nitens.* Meth. muſc. illuſtr.

H. *ruſeſcens.* Dicks. faſc. 3. p. 9. t. 6. f. 4.

— in paludibus.

34. †. H. *nitens*, ſurculis erectis, ramis breviſſimis ſparſis patentibus, foliis imbricatis erectis lanceolatis acuminatis ſtriatis flavido-nitentibus; capſulis oblongis ſubincurvis.

H. *nitens.* Schreb. Dill. m. t. 39. f. 37.

— in palud. turfoſ. profundis.

35. †. H. *ſtramineum*, ſurculis erectis ſimpliciuſculis filiformibus, foliis imbricatis adpreſſis; capſ. ovatis obliquis, operculo acuto.

H. *ſtramineum.* Dicks. faſc. 1. t. 1. f. 9.

— in palud. graminoſis.

36. †. H. *cordifolium*, ſurculis adſcendentibus laxis, ramulis breviſſimis ſparſis; foliis oblongis acutiuſculis concavis imbricato-patentibus; capſulis

Digitized by Google

cylindricis incurvis. H. St. Cr. 4. t. 37.

— in foſſis et inundatis.

37. †. H. *alpeſtre*, ſurculis repentibus, ramis brevibus erectis teretibus obtuſis, foliis ovatis acutis concavis imbricatis; capſ. ovatis cernuis.

— ſupra ſaxa in rivul. alp.

38. †. H. *prolixum*, ſurculis repentibus, ramis elongatis procumbentibus, foliis imbricatis ovato-lanceolatis concavis ſubdenticulatis, lateralibus bifarie patentibus; capſ. cernuis, ſetis brevibus.

H. *prolixum.* Dicks. 2. p. 13. H. *riparioides.* H. St. Cr. 4. t. 4.

— ad ſaxa in fluviis.

39. †. H. *fluviatile*, furculis confertis procumbentibus ſubcapillaceis, ramulis erectiuſculis, foliis ovato-lanceolatis patulis, ramulorum ſubimbricatis; capſulis cylindraceis incurvis.

— ad ſaxa in fluviis.

40. H. *riparium*, ſurculis ramisque decumbentibus radicantibus, foliis lan- —

— H. trifarium surculis triquetr., tortis ramosis; foliis subtilobis trifariis imbricatis; caps: cernua. Mohr et Weber-Reise Schweden p. 177. t. 2. f. 2 in paludibus.

ceolatis acuminatis integris bifario divergentibus patulis; capſ. oblongis cernuis.

H. *riparium*. L. H. St. Cr. 4. p. 8. t. 3.

— ad aquas in palis, ſaxis.

41. †. H. *curvatum*, ſurculis repentibus ramoſiſſimis, ramis adſcendentibus teretibus incurvatis, baſi apiceque attenuatis, foliis imbricatis; capſ. oblongis rectis.

H. *myoſuroides*. H. St. Cr. 4. p. 21. t. 8.

— ad truncos arborum.

— 42. H. *myoſuroides*, ſurculis repentibus ramoſiſſimis, ramis adſcendentibus teretibus incurvatis, capſulis nutantibus.

H. *myoſuroides*. L. Dill. m. t. 41. f. 51.

— in vetuſtis arboribus.

43. †. H. *albicans*, ſurculis decumbentibus, ramis adſcendentibus teretibus erectis, foliis imbricatis acuminatis; capſ. ovatis cernuis.

H. *albicans*. Dickson. H. St. Cr. 4. p. 13. f. 5.

— in arenoſis graminoſis.

44. †.

— H. contextum, repens, ramulis subramosis subcapilliformibus erectiusculis, foliis exiguis acuminatis patentibus, surculorum fasciculo ad duas tertias paginas pertingendo. Hedw. Sp. m. 278 t. 72. f. 5.–12 in tractibus paludosis hyeme inundatis.

44. †. H. *luteſcens*, ſurculis ramisque depreſſis elongatis, foliis imbricatis acuminatis ſtriatis; capſ. oblongis cernuis, ſetis ſcabris.
H. St. Cr. 4. p. 46. t. 16.
— in locis ſiccis argillaceis.

45. †. H. *piliferum*, ſurculis ramisque procumbentibus rectis, foliis ſubimbricatis ovatis obtuſis apice piliformi; capſ. cernuis, operculis roſtratis, ſetis ſcabris.
H. St. Cr. 4. p. 35. t. 14.
— in ſiccis umbroſis graminoſis.

46. †. H. ~~*atrovirens*~~, ſurculis ramisque repentibus filiformibus divaricatis, foliis ovatis acuminatis patulis; capſ. ovatis cernuis, operculis roſtratis, ſetis ſcabris. Swartzii Turn. Sp. musc. 116
~~Dicks. faſc. 3. p. 10. Dill. t. 43. f. 67.~~
— ad radices arborum.

47. H. *ſerpens*, ſurculis repentibus, ramis confertis erectis brevibus filiformibus, foliis ſubcapillaceis patulis, ſiccis obliteratis; capſ. cylindricis incurvis.

Digitized by Google

H. *ſerpens.* L. H. St. Cr. 4. p. 46. t. 18.
— ad trunc. arb. putridos.

48. H. *intricatum*, ſurculis repentibus, ramis capillaceis erectiuſculis, foliis acuminatis ſubſecundis; capſ. oblongis cernuis, ſetis ſcabris. Hedw. St. Cr. 4. p. 75. t. 28.
H. *intricatum.* Schreb.
— ad radices arborum.

49. H. *velutinum*, ſurculis repentibus radiculoſis, ramis brevibus erectis, foliis imbricatis lanceolatis ſubpatentibus; capſ. ovatis cernuis, operculo obtuſo conico.
H. *velutinum.* L. Dill. m. t. 42. f. 61.
H. St. Cr. 4. p. 70. t. 27.
— ad ſepes, radices arborum.

50. †. H. *plumoſum*, ſurculis repentibus confertis, ramis brevibus ſparſis bifariisque, foliis ovato-attenuatis erecto-patulis; capſ. ovatis ſubcernuis. ~~Spinulosum~~ populeum. Hedw sp: m. 270 t. 70 f. 1-5
H. *plumoſum.* L.? Dill. m. t. 35. f. 16.

H. praecox trunco repente [illegible], ramis brevissimis, simplicibus erectis superne incrassatis, foliis [illegible], fasciculo brevi con[illegible]. Sporangii conicis operculo rostrato. Hedw. sp. m. 249 t. 64 f: 2

H Spinulosum prostratum tenerum, ramulis vagis simplicibus, foliis exiguis patentibus acuminatis. Perigon. axillaris. Sporangiis cernuis. Hedw sp. m. 269. t. 64 f. 5-10 ad arborum stipites.

Digitized by Google

H. *implexum*. Act. holm.
— in truncis arborum.

51. H. *rutabulum*, ſurculis repentibus, ramis erectis curvatis, foliis ovatis-acuminatis patulis; capſ. ovatis cernuis, operculo conico acuto, ſetis ſcabris.
H. *rutabulum*. L. H. St. Cr. 4. p. 27. t. 12.
— ad truncos arborum.

52. †. H. *murale*, ſurculis repentibus confertis ramisque brevibus compreſſiuſculis rectis, foliis imbricatis ovatis acuminatis concavis erectis; capſ. cernuis, operculo apice roſtrato recurvo. H. St. Cr. 4. t. 30. Dill. m. t. 41. f. 52.
— in muris, aridis.

19. LESKEA. Gen. pl. n. 1657. Hedw. *fund.* 2. p. 93. t. 10. f. 62.

Capſ. oblonga. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 16. acuminatis;

interius membranaceum, partitum in lacinias aequales absque capillaribus.

Mares gemmacei in diverſis individuis.

1. L. *complanata*, ſurculis ramoſiſſimis ramisque complanatis, foliis diſtichis ovatis acutis complicatis planis; capſ. ovatis, operculo conico acuto. *Hypnum complanatum.* L. Dill. t. 34. f. 7. — ad truncos arborum.

2. †. L. *trichomanoides*, ſurculis ramoſis ramisque complanatis, foliis diſtichis complicatis oblongo-ſublunatis convexiuſculis; capſ. cylindraceis. *Hypnum trichomanoides.* Schreb. Dill. t. 34. f. 8. — in truncis arborum.

3. †. L. *polyantha*, ſurculis repentibus, ramis ſubdiviſis rectis teretibus obtuſis, foliis imbricatis ovato-ſubulatis; capſ. oblongis erectis. *Hypnum polyanthes.* Schreb. H. St. Cr. 4. p. 4. t. 2. — in arboribus.

Digitized by Google

4. †. L. *paludoſa*, ſurculis confertis decumbentibus, ramis ſimpliciuſculis erectis teretibus acutis, foliis ovato-acutis ſubſecundis; capſ. cylindraceis obliquis.

H. St. Cr. 4. p. 1. t. 1.

— in depreſſis ad radices arborum.

5. †. L. *ſubtilis*, ſurculis reptantibus implexis, ramis erectis, foliis lanceolatis capillaceis remotiuſculis patulis; capſulis oblongis erectis.

Hedw. St. Cr. 4. p. 23. t. 9.

— ad radices arborum.

6. L. *ſericea*, ſurculis repentibus, ramis ſubdiviſis ſiccitate incurvatis, foliis imbricatis lanceolato - acuminatis tri - ſtriatis; capſ. ovato - cylindricis erectis.

Hypnum ſericeum. L. H. St. Cr. 4. p. 43. t. 17.

— ad ſaxa, truncos.

7. L. *plumoſa*, ſurculis repentibus pinnatis, ramis brevibus confertis rectis; foliis imbricatis ovato - acuminatis; capſulis oblongis operculisque acutis erectis.

Digitized by Google

H. *plumoſum.* Act. holm.
— in ſaxis.

20. NECKERA Gen. pl. 1656. Hedw. fund. 2. p. 93. t. 8. f. 47. 48. 49.

Capſ. oblonga. *Periſt.* duplex; *exterius* dentibus 16. acutis; *interius* ciliis totidem diſtinctis cum dentibus alternantibus.

Mares gemmacei in diſtinctis individuis.

1. N. *pennata*, ſurculis decumbentibus ramoſis, pinnato-complanatis, foliis lanceolatis diſtiche patentibus transverſe undulatis; capſ. ovatis, perichaetio incluſis.
H. St. Cr. 3. p. 47. t. 19.
Fontinalis pennata. L.
— ſupra cort. arb. annoſar.

2. N. *criſpa*, ſurculis erectiuſculis ramoſis pinnato-complanatis, foliis oblongis acutis diſtiche imbricato-patentibus transverſe undulatis; capſ. oblongis, pedunculis exſertis.

Digitized by Google

Hypnum criſpum. L. Dill. t. 36. f. 12.
— ad arborum truncos.

3. N. *viticuloſa*, ſurculis repentibus, ramis vagis teretibus erectis, foliis linearibus erecto - patulis; capſ. ovato - cylindraceis erectis.
Hypnum viticuloſum. L. Dill. m. t. 39. f. 12.
— in truncis arborum.

4. N. *curtipendula*, ſurculis reptantibus ramisque longiſſimis vagis teretibus flexilibus, foliis ovato - lanceolatis; capſ. ovatis nutantibus.
Hypnum curtipendulum. L. Dill. m. t. 43. f. 69.
— ad truncos arborum.

5. N. *dendroides*, ſurculo recto, ramis terminalibus faſciculatis ſimplicibus teretibus, foliis lanceolatis; capſulis oblongis erectis.
Hypnum dendroides. L. Dill. m. t. 40. f. 48. — in ſylvis udis.

21. FONTINALIS. Gen. plant. n. 1655. Hedw. fund. 2. p. 96. t. 9. f. 53.

— Climacium

Peristom: duplex: exterius 16 dentibus, inter 22 c membranaceo ciliis per paris approximatis, portubus apiceque coniunctis

1. C. dendroides
Hypnum dendroides L.

Digitized by Google

Capſ. oblongo - cylindrica perichaetio obvoluta. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 16 latis; *interius* conicum reticulatum.

Mares gemmacei, axillares.

1. F. *antipyretica*, ſurculis ramoſis vagis, foliis complicato - carinatis acutis trifariis; capſ. lateralibus, operculis rectis mucronatis.
F. *antipyretica.* L. Dill. t. 33. f. 1.
— in ſtagnis, fluviis.

2. F. *ſquamoſa*, ſurculis ramoſis, ramis dichotomis filiformibus, foliis lanceolato - ſubulatis trifariam imbricatis; capſ. lateralibus, operculis cuſpidatis.
F. *ſquamoſa.* L. Dill. 3. p. 32. t. 12.
— c. praeced.

3. †. F. *falcata*, ſurculis ſubramoſis erectiuſculis, foliis ovato - lanceolatis carinatis trifariam imbricatis ſecundis incurvisque; capſ. oblongis, ſetis exſertis.
H. St. Cr. 3. p. 57. t. 24.
— in rivulis ſubalpinis.

Digitized by Google

22. BARTRAMIA. Gen. plant. n. 1654. Hedw. ſtirp. 2. p. 111.

Capſ. ſphaerica. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 16 cuneiformibus; interius membrana conica, ſubulato-carinata, apice lacinulata.

Mares femineis approximati.

1. B. *pomiformis*, ſurculis ſimplicibus abbreviatis, foliis lineari-ſubulatis erectis; ſetis terminalibus longiuſculis, capſ. ſphaericis.
   B. *pomiforme*. I. Dill. m. t. 44. f. 1.
   — in ſiccis, aggeribus, margine agrorum.

2. †. B. *criſpa*, ſurculis ſubdiviſis elongatis, foliis lineari-ſubulatis flexuoſis; ſetis terminalibus longiuſculis; capſ. ſphaericis.
   — in fiſſuris rupium, humidiuſculis.

3. †. B. *Halleriana*, ſurculis ſubdiviſis elongatis, foliis lanceolato-ſubula-

Digitized by Google

tis erectiuſculis; ſetis lateralibus abbreviatis, capſ. ovali-ſubrotundis. H. St. Cr. 3. t. 40.
Bryum laterale. Act. Vpſ. 4. Fl. dan. t. 538. f. 3.
— in ſylvaticis ſubalpinis.

4. B. [illegible] surculis indivisis elongatis, foliis linearibus subulatis patulis, setis terminalibus, capsulis sphaericis. Bryum oederi - Fl. Dan t. 473. in montosis umbrosis.

23. BVXBAVMIA. Gen. plant. n. 1659. Hedw. fund. 2. p. 95. t. 9. f. 51. 52.

Capſ. ovata, obliqua, baſi hinc ventricoſa, depreſſa. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 16 truncatis; *interius* membrana plicata, conico-truncata.

Mares diſcoidei.

1. B. *aphylla*, ſurculis foliisque nullis; capſula pedunculata ovata marginata. B. *aphylla.* L. Schmidel. monogr. 1758:
— in ericetis ſterilibus.

2. †. B. *folioſa*, ſurculo nullo, foliis linearibus obtuſis; capſula ſeſſili ovata integra.

Cinclidium nov. Gen.
Caps. oblonga apophysi obconica.
Peristom. simplex: exter dentibus 16, cuneiformibus; interior membrana cupulata 16 radiata inter radios basi pervia
mares feminis approximati
C. stygium Schrader Journ. Holm 1801. 1. p. 27. t. 2. in paludosis profundis Sueciae.

Digitized by Google

B. *folioſa.* Meth. muſc. ill.
B. *ſeſſilis.* Schmid. monogr. 1758.
— ad latera viarum umbroſa.

24. POLYTRICHVM. Gen. pl. n. 1660. Hedw. fund. 2. p. 90. t. 7. f. 37.

Capſ. oblonga l. 4angula cum l. absque apophyſi. *Periſt.* duplex: *exterius* dentibus 32 brevibus, baſi coalitis incurvis; *interius* membrana plana transverſa apicibus dentium adglutinata. *Calyptra* villoſa.

Mares diſcoidei.

* *Capſulis apophyſi inſidentibus.*

1. P. *commune*, ſurculo ſimplici prolifero, foliis lineari-lanceolatis ſerrulatis; capſ. oblongis tetraëdris.
P. *commune.* a. L. Dill. m. t. 54. f. 1.
— in ſylvis.

2. P. *juniperinum*, ſurculo ſimplici prolifero, foliis lanceolatis integris, apice ſubulato ſerrulato; capſ. oblongis 4ëdris.

Digitized by Google

P. *commune*. b. L. Dill. m. t. 54. f. 2.
— in ſylvis aridis.

3. P. *piliferum*. ſurculo ſimplici abbreviato, foliis lanceolatis integris apice piliferis; capſ. ovatis 4ëdris.

P. *commune*. c. L. Dill. m. t. 54. f. 3.
— in ericetis.

4. †. P. *longiſetum*, ſurculo ſimplici prolifero, foliis lanceolato - ſubulatis ſerrulatis, ſetis terminalibus longiſſimis, capſ. ovatis ſubangulatis obliquis, apophyſi minuta. ✕
— in palud. turfoſ. profund.

5. P. *alpinum*, ſurculo ramoſo prolifero, foliis lineari - ſubulatis denticulato-ſerrulatis patulis; ſetis terminalibus; capſ. ovatis cernuis, apophyſi minuta.

P. formoſum Hedw. Sp. m.

P. *alpinum*. L. Dill. m. t. 55. p. 4.
— in ſylvis ſubalpinis.

6. †. P. *arcticum*, ſurculo ramoſo prolifero, foliis lineari - ſubulatis denticulato - ſerrulatis, ſetis terminalibus, capſulis oblongis erectiuſculis.
— in ſummis alpibus.

✕ P. aurantiacum Sw.
S. gracile Menz. Dicks.

** *Capſulis ſine apophyſi.*

7. †. P. *ſeptentrionale*, ſurculo ramoſo, foliis lineari - ſubulatis ſubſecundis apice ſerrulatis; ſetis terminalibus; capſ. ſubrotundo - ovatis, operculo conico ſubrecurvo.
Flor. dan. t. 297.

— in alpibus.

8. P. *urnigerum*, ſurculo ramoſo, foliis lanceolatis acuminatis denticulato-ſerratis rigidis patulis; capſ. cylindricis rectis, ſetis axillaribus.
P. *urnigerum*. L. Dill. m. t. 55. f. 5.

— in ericetis ſterilibus.

9. P. *nanum*, ſurculo ſimplici, foliis lineari - lanceolatis apice ſubſerratis; capſ. ſubrotundis ſubnutantibus.
H. St. Cr. 1. t. 13.
Mnium polytrichoides. a. L.

— in ſterilibus ad terram.

10. †. P. *pumilum*, ſurculo ſimplici, foliis linearibus planiuſculis ſubintegris; capſ. turbinato - ſubrotundis erectis.

— ad latera ſylv. arida.

Digitized by Google

11. P. *aloïdes*, ſurculo ſimplici, foliis lineari-lanceolatis carinatis apice ſerrulatis; capſ. cylindricis obliquatis. H. St. Cr. 1. t. 14.
Mnium polytrichoides. b. L.
— in apricis aridis.

12. P. *undulatum*, ſurculo ſimplici, foliis lanceolatis undulatis; capſ. cylindricis cernuis, calyptra nudiuſcula. *Bryum undulatum*. L. H. St. Cr. 1. t. 16. f. 17.
— in ſylvis, virgultis, pomariis.

Var. ſurculo abbreviato ſimplici, capſ. oblongis erectiuſculis.
— in apricis ſylvaticis.

Digitized by Google

DESCRIPTIONES
S P E C I E R V M
NOVARVM
ET
R A R I O R V M.

Digitized by Google

Digitized by Google

1. GRIMMIA *alpicola*. Tab. I. fig. 1.

Surculi ſimplices l. ſimpliciter ſubdiviſi, ſemunciales, folioſi.

Folia adproximata, lato - lanceolata carinata, marginibus parum inflexa, apice extimo obtuſiuſcula reflexo - patula, ſicca adpreſſa, obſcure virentia.

Capſulae in apice ſurculorum breviſſime ſtipitatae, foliis terminalibus perigonialibus ovato - lanceolatis, intimis linearibus, cinctae, ſolitariae, obconicae l. ovatae, glaberrimae nec ſtriatae, ferrugineo - rubrae, *ore* patentiſſimo.

Periſtomium ſimplex: *dentes* 16 baſi latiores, ſenſim acuminati, plerumque toti reflexi, ſubinde erectiuſculi, ſanguinei, transverſe ſtriati, rarius uno alterove foramine pertuſi.

Operculum columella capſulae medio adfixum illique capſula recluſa ſaepe ad-

F

Digitized by Google

haerens, planiuſculum, cum *roſtello* brevi curvo, fuſco-ſanguineum.

Calyptra minutiſſima, ſtylo terminata, mox decidua.

Habitat in ſaxis, prope rivulos alpinos, paſſim inundatis.

Obſ. Differt a G. *apocarpa*: Statura multo minori, capſulis obovatis leviſſimis, oris dilatatis, dentibus patenti-reflexilibus, nec erectis; foliis perichaetialibus apice non albidis.

Digitized by Google

2. DIDYMODON *cernuum*. T. I. f. 2.

Radices fibrilloſae, ferrugineae e baſi caulis axillisque foliorum inferiorum faſciculatim erumpentes.

Surculi plerumque plures aggregati ſimplices, ſeriores aliquot e ſummitate erecti, filiformes, rubicundi.

Folia oblonga, concaviuſcula, ſeriorum lanceolata acuminata integerrima, leviter carinata, erecta, nervo craſſiuſculo, virentia, juniora ſaepe rubra.

Setae 2 - pollicares, capillares, rubentes, rectae, apice curvatae.

Capſula pyriformis, collo anguſtato parum curvato, ad angulum rectum inclinata, poſt evacuationem ſeminum paullulum erigitur, viridis, tandem fuſco brunnea.

Operculum convexum, apice obtuſiuſculo, dilute fuſcum.

Annulus inter operculum et marginem oris ex particulis rubris catenulatis globularibus, elaſtice diſſiliens.

Periſtomium contractum. *Dentes* 16 ſimplici ordine, per paria approximati, baſi latiuſculi, rubri, erecti, apice attenuato - ſubulati, pallidi, inflectentes, conniventes.

Semina fuſco - viridia.

Habitat ad latera montium umbroſa, calcarea.

3. DICRANVM *viridulum*. T. II. f. 3.

Bryum viridulum, antheris erectis ovatis, foliis lanceolatis acuminatis *imbricato-patulis*. Linn. Dicks. faſc. 1. fig. mala.

Dicranum bryoides. Act. holm.

Fiſſidens bryoides. Hedw. St. Cr. 3. p. 67. t. 29. aliorumque.

Muſcus minimus.

Surculi aggregati ſimplices plani decumbentes et erecti, longitudine unius alteriusve lineae.

Folia bifaria, alterne pinnata, ſubimbricata, lanceolata acuta patenti-divergentia, uti in adſinibus baſi duplicata, ſaturate viridia.

Seta ex apice ſurculi e medio foliorum, prope illorum duplicaturam, ſurculo longior, baſi ſaepe flexa, adſurgens l. recta, pallide rubra.

Capſula oblonga erecta, viridi-fuſca, ſuperne contractior.

Digitized by Google

Operculum ſubconicum; rubens, apiculo brevi rectiuſculo.

Calyptra ſubulata, demum latere fiſſilis, glabra.

Periſtomium ſimplex: *dentes* 16 transverſe ſtriatuli ſupra medium bifidi, ſanguinei, apicibus longis dilutioribus, divaricatis, inflectentibus.

Semina viridia.

Habitat in umbroſis ſylvaticis, pomariis etc.

Obſ. B. *viridulum* L. eandem eſſe plantam, ſpecimine ex ipſo herb. Linneano a Cel. poſſeſſore D. Smith amiciſſime communicato, certior factus ſum.

Hanc pro *Hypno bryoide* L. plurimi habuerunt, ut et ego ipſe, ſed perperam. Addenda ad H. bryoides Hoffm. *d. flora* 2. huc pertinent, variant enim ſurculi ſitu erecto et decumbente, foliis pinnatis ex quaſi ſubpalmatis.

Dicranum palmatum (Fiſſidens H.) diverſum *capſula cernua*. Cfr. Hedw. St. Cr. 3. t. 30. A.

Digitized by Google

4. DICRANVM *bryoides*. T. II. f. 4.

D. *Osmundioides.* Act. holm.

Hypnum bryoides LINN. cum Synonymis.

Surculi caeſpitoſi, ſimplices, erectiuſculi ſemunciales, lineares, plani.

Folia bifaria, alternatim imbricato - pinnata (ſcalpelliformia HEDW.), marginibus ſurculum reſpicientibus, lanceolata, baſi usque ad medium duplicata, duplicaturis ſurculum ſemiamplexantibus, apice obtuſiuſcula, inferiora acuta, laete viridia.

Setae terminales, ſolitariae, ſurculis ſaepe duplo longiores erectae, rubentes.

Capſula initio oblonga cylindracea demum ovata rubra, erecta, laevis.

Operculum conico - acuminatum, erectum, pallidum.

Calyptra ſubulata.

Periſtomium ſimplex: *dentes* 16 bifidi erectiuſculi transverſim ſtriatuli, apicibus inflexis; ſanguinei.

Habitat in paludoſis ad latera turfarum.

Obſ. Differt a D. *aſplenioide* (Fiſſidens HEDW.) Statura minori, *foliis* inf. acutiuſculis, *ſetis* elongatis *erectis*, *capſulis* ovatis nec obovatis.

Digitized by Google

5. DICRANVM *polyſetum.* T. III. f. 5.

D. *undulatum.* Schrad. ſpic. p. 59. deſcriptio optima, cui addenda:

Surculi ſaepe 4 - pollicares.

Folia lato - lanceolata apice attenuata, modice concava, nervo medio usque ad apicem excurrente, ſicca undulata.

Setae 1 — 6 terminales, bipollicares, erectae, leviter flexuoſae, pallidae rubentes.

Capſulae initio pallide virides demum ſubfuſcae, oblongo - cylindraceae, erectiuſculae, tandem ſubincurvae, *oris* cernuis.

Digitized by Google

6. DICRANVM *Schreberi.* T. II. f. 6.

Bryum criſpum. Schreb. ſpicil. lipſ.

Radiculae fibrilloſae, tenuiſſimae longae.

Surculi ſimplices, ſaepe ſolitarii, 3-4 linearum — unciae dimidiae longitudine, flexuoſi, folioſi.

Folia alterna, ſparſa, baſi amplectentia, ovato-lanceolata, apice ſubcapillaceo longo, varie flexo, patentia, laete virentia, patula.

Flores maſculi terminales in ſurculis diſtinctis minoribus e baſi fructiferorum, foliis remotioribus veſtitis.

Setae longitudine ſurculorum l. longiores, terminales, ſolitariae l. rarius geminae, carneae.

Capſula ovata, cernua l. demum ſubincurva, ruffa.

Operculum conicum, acumine breviſſimo, rubrum.

Periſtomium dilatatum, media capſula latius, ſimplex: *dentes* 16 baſi latiuſculi, transverſim ſtriati; purpurei, ad tertiam partem bifidi, apicibus ſemiinflexis.

Incolit loca nemoroſa humida.

Obſ. Dicrano criſpo H. proximum: differt ab illo praecipue

Capſula cernua, ſubincurva.

a D. *puſillo:* foliis et habitu.

Digitized by Google

7. DICRANVM *rigidulum*. T. III. f. 7.

Surculi caeſpitoſi confertiſſimi ſimplices, erecti, fuſco - virides.

Seriores ſaepe plures e quovis ſurculo terminales, longiores, plerumque faſtigiati, erecti, pallide virentes.

Folia inferiora baſi latiuſcula, conferta, concavo - carinata, ſubulata, erecta, ſubſecunda rigida; *ſeriorum* longiora, planiuſcula, laxa, flexilia, ſecunda l. recurvata.

Setae terminales ſolitariae in ſurculis radicalibus longitudine ſeriorum erectae, pallide rubrae.

Capſula oblonga l. ovata, erectiuſcula l. cernua, viridis; matura rarius ſemiincurva, fuſco - rubra.

Calyptra erecta, ſubulata.

Operculum ſubconicum, margine ore fere latius, apice ſubulato recto, parum inclinato, capſulae concolor.

Periſtomium ſubobliquum; ſimplex. *Dentes* 16 latiuſculi, ſanguinei, transverſe ſtriati, apicibus bifidis ſemiinflexis.

Habitat in argillaceis ſubhumidis.

Obſ. Adfine D. *vario*, ſed diſtinctiſſimum *ſurculis ſerioribus longis, foliisque illorum ſecundis.*

Absque ſurculis ſerioribus interdum occurrit, et tunc a B. *calliſtomo* DICKSONI Faſc. 3. vix diverſum.

Digitized by Google

8. ORTHOTRICHVM *obtuſifolium.* Tab. IV. fig. 8.

Schrad. in Annal. Bot. 20. p. 110.

Surculi confertiſſimi ſimplices l. ſimpliciter ſubdiviſi, ſemunciales, erectiuſculi, rubentes, inter folia inferiora adque baſin ferrugineo - fibrilloſi.

Folia adproximata, ovato-lanceolata concava, carinata, apice obtuſa, margine integra, nec revoluta, patula, ſubreflectentia, laete viridia, ſiccitate arcte imbricata; hinc ſurculi omnino teretes.

Setae ex apice ſurculorum breviſſimae cum tertia parte capſularum inter folia perichaetialia reconditae, pallide rubrae.

Capſula oblonga baſi attenuata, erecta, glabra, obſcure ſulcata, fuſco-viridis.

Operculum parvum, ſanguineum, acumine brevi erecto diaphano albido.

Calyptra magnitudine fere capſulae, longitudinaliter plicato - ſtriata, nuda, (nec piloſa), laxiuſcula, ovata,

Digitized by Google

cinerea, limbo integro, apice brevi erecto fuſco.

Periſtomium exterius: dent. 8-16 baſi latiuſculis, acutis patulis; *interioris* totidem capillaribus plano conniventibus concoloribus, rubro-fulvis.

Habitat in truncis *Populi tremulae.*

Obſ. Foliis margine non revolutis, *colore* et *periſtomio* rubello facile dignoſcendum.

Digitized by Google

9. ORTHOTRICHVM *pumilum.* Tab. IV. fig. 9.

Surculi aggregati, ſimplices, vix ſemunciales folioſi, erecti.

Folia conferta, imbricata lato-lanceolata, carinata, apice acuta, margine integra, inprimis in ſicco revoluta, recentia patula, ſaturate viridia, ſicca adpreſſa.

Seta breviſſima, inter folia terminalia l. perichaetii occulta.

Capſula oblongo-cylindracea, erecta, glabra, viridi-fuſca.

Operculum minutnm, acumine breviſſimo recto, pallidum, initio diaphanum.

Calyptra ovata, magnitud. 2/3 partis capſulae, apice brevi acuto, tota glabra nec piloſa, ſtriatula, exalbida l. cinerea, apice fuſca.

Periſtomium externum: dentes octo, latiuſculi, acuti, reflexiles, albidi; *internum: cilia* totidem cum dentibus alternantia, albida, in planum conniventia.

Digitized by Google

Semina viridia. *Capſula* poſt diſſeminationem longitudinaliter ſtriata, cylindrica, *ore* tamen patulo.

Habitat in truncis vetuſtis *Tiliae*, *Pop. nigrae.*

Obſ. Differt ab O. *ſtriato* exiguitate, figura capſulae, periſtomio et calyptra nuda.

Digitized by Google

10. MEESIA *dealbata.* Tab. V. fig. 10.

Bryum dealbatum. DICKSON. faſc. 2. p. 8. t. 5. f. 3.

Radiculae capillares, breviſſimae, fuſcae.

Surculi aggregati, indiviſi, breviſſimi, inferne fibrillis numeroſiſſimis ferrugineis veſtiti.

Surculi aliquot ſeriores ex apicibus annotinorum.

Folia adproximata, lanceolata acuminata carinata, verſus apices obſcure ſerrulata, reticulato - venoſa, nervo medio craſſiuſculo, erecto patentia, pallide viridia, apice albicantia.

Setae ſesqui - l. 2 - pollicares, capillares, erectae, pallide rubrae.

Capſula pyriformis, erectiuſcula, cernua, l. arcu lateris ſuperioris majore inferiori.

Operculum breviſſimum, convexum, rubicundum, apice obtuſo.

Periſtomium externum: dentes 16 dimidio breviores, lanceolati, obtuſi, erecti,

Digitized by Google

cum interioribus in formam, coni inclinati conniventes, rubri; *internum:* *dentes* 16 longiores, albidi, reticulati, apicibus ſubulatis, conice conniventibus.

Semina viridia.

Provenit in paludoſis turfoſis rarius.

Obſ. *Meeſiae uliginoſae* ſimillima et vix ſine lente diſtinguenda, niſi color albidus foliorum ſemper adeſſet.

Digitized by Google

11. POHLIA *inclinata*. Tab. V. fig. 11.

Surculi congeſti, ſimpliciuſculi, 3-4-lineares, aliique *ſeriores* ex ſummitatibus annotinorum ortis, erecti, radiculis ex fibrillis fuſcis faſciculatis inter folia inferiora exſertis.

Folia inferiora ſparſa, ovato-lanceolata patentia, terminalia conferta lanceolata longa acuminata erecta integerrima, carinata, laete virentia, nervo medio baſi purpuraſcente.

Seta ſesquipollicaris, capillaris, tota rubens, terminalis.

Capſula pyriformis, initio cernua, demum pendula, ſeta apice arcuata, brunnea. *Collum* non curvatum, nec periſtomium obliquum.

Operculum convexum, apiculo brevi acutiuſculo, rubellum, ſubtus centro radiatum, dilutius. *Annulus* nullus.

Periſtomium externum: dentes 16 ferruginei, baſi latiuſculi, erecti apice conice ſubconniventes, transverſe lineati; *internum:* vix exterioris longitudine,

Digitized by Google

gitudine, membranaceum albidum, margine diviſum denticulis tenuiſſimis reticulatis hyalinis.

Semina viridiſſima.

In subhumidis: ad palos putreſcentes fontis arcis *Vpſalienſis* inter Hypnum riparium; alibique.

Obſ. A *Pohlia elongata* (quam habitu refert) differt: Capſulis brevioribus pendulis et periſtomio int. diverſo. Difficile ſeparatur ab exteriore, ut periſt. ſimplex eſſe videatur.

Dentes interiores l. potius *cilia* geminata transverſe unita; in P. *elongata* dent. int. integri.

Digitized by Google

12. BRYVM *pallens*. Tab. IV. fig. 12.

Surculi confertim naſcentes, ſemunciales ſimplices, teretes, erecti, duobus l. tribus ſerioribus, apice acutis.

Folia approximata imbricata, baſi ſubcordata, ovato-lanceolata, *ſeriorum* ovata acuta, omnia carinata concava erecta nec patula, in ſiccis adpreſſa, unde ſurculi teretes, ut in *B. argenteo*, integra, leviſſime carinata purpuraſcentia (imprimis vetuſta.)

Setae ex apice ſurculi primarii, 3-4-plo longiores erectae, ſanguineae apice extimo paullulum curvae.

Capſula pyriformis ſeu ovata baſi attenuata, matura collo ſubincurvato cernua l. fere pendulo, pallide virens.

Operculum convexum apice obtuſiſſimo, pallide ferrugineum, nitens.

Periſtomium duplex: ext. *dent.* 16 baſi latiuſculis apice conniventibus; *intern.* . . . .

Annulus inter marginem periſtomii et operculum elaſtice diſſiliens.

Habitat in ſubhumidis alpinis.

Obſ. Diſtinguitur a B. *carneo* partium magnitudine, foliis brevioribus magis adpreſſis, capſulis pyriformibus pallidis, quae in *carneo* ovatae, rubro-coloratae. Icon Dillenii Tab. 50. f. 69. G. huic ſimillima, ſed capſulas ſubrotundas exhibet, ergo certe diverſa.

Habitus Pohliae et forte ejus congener.

Digitized by Google

13. BRYVM *longicollum*. T. VI. f. 13.

Surculi caeſpitoſi, ſimpliciſſimi, erecti, ſemi-l. ſesqui-pollicares, teretes, folioſi, rubri.

Folia approximata, praeſertim ſuperiora; inferiora parum diſtantia, alterna, lanceolata, apice longo attenuato ſerrulata, leviter carinata, patula nec ſiccitate tortilia, laete viridia, lucida (ut in B. *crudo*), nervo medio ad apicem excurrente.

Flores dioici. *Maſculi* in diverſis individuis terminales.

Feminei: — *Setae* ſolitariae longitud. ſurculorum, erectae, glabrae, pallide rubrae.

Capſula erecta, cylindracea, longicolla ſeu baſi longiſſime attenuata, viridis.

Calyptra . . .

Operculum convexum, apice acuto breviſſimo, l. ſubconicum, pallidum. *Annulus* nullus, ſed margo ſanguineus.

Periſtomium externum: dentes 16, breves, ſupra medium ad apicem attenuati,

Digitized by Google

inflectentes, nec reflexi, intus transverſe ſulcati (l. oculis valde armatis, proceſſulis membranaceis obtuſis transverſis ornati), pallidi. *Internum: membrana* albida, reticulata, ſulcata, ſuperne in proceſſus irregulares apice conniventes, ſaepe conjugatos, articulatos et perforatos diviſa, ciliis brevioribus hinc et inde interſtinctos.

Semina brunnea.

Provenit in fiſſuris montium, rarius. D. *Liljeblad.*

Obſ. Capſulae forma *Pohliae elongatae* non abſimilis, ſed erecta.

Habitu et periſtom. interno *Timmiam* quodammodo refert; ſed proceſſus hujus irregulares, interjectis ciliis, quibus *Timmia* caret.

Motus dentium a leviſſimo adflatu l. a ſola perſpiratione ſenſibilis.

Digitized by Google

14. HYPNVM *revolvens.* T. VII. f. 14.

Surculi confertim naſcentes, 3-4-pollicares erecti, ramoſi, ramis undique ſparſis brevibus patulis l. erectiuſculis undique folioſis teretibus.

Folia lanceolato - linearia concava apice attenuata recurvata tortilia, inferiora fuſco l. nigro purpurea, ſuperiora rubentia linea dorſali ſaturatiore, ſummitatum ſubinde ſubheteromalla.

Setae laterales, flexuoſae, rubentes.

Perichaetia parva, acuminata.

Capſula obovata obliqua, cernua l. incurvata, pallide viridis l. brunnea.

Operculum convexum, apice breviſſimo acuto.

Periſtomium ut in H. *adunco.*

Habitat in paludibus profundis.

Obſ. Diſtinguitur ab H. *adunco*, facie multo criſpiore, foliis longioribus, apice capillaceis tortilibus, colore. — etc.

15. HYPNVM *alpeſtre.* T. VI. f. 15.
H. *rivulare.* Act. holm.

Surculi confertiſſimi, repentes, ſubdiviſi, *ramis* erectis breviuſculis teretibus obtuſis, foliis undique tectis.

Folia conferta laxe imbricata, ovato lanceolata l. oblonga acuta concava integra enervia viridi-ferruginea nitentia, terminalia pallide l. luteo-virentia.

Setae laterales, ſaepe plures approximatae, breviuſculae, ſub capſulis incraſſatae, rubentes.

Perichaetium longiuſculum, foliolis acuminatis conniventibus.

Capſula parva, reſpectu ſurculorum, ovata, rectiuſcula l. cernua, fuſco-viridis, ſub periſtomio parum latior.

Operculum convexum apice l. roſtello brevi, parum flexo.

Periſtomium Hypni.

Habitat ad ſaxa prope rivulos alpinos.

Obſ. Differt ab H. *prolixo*, ramis erectiuſculis, brevibus, foliis enerviis; colore H. *ſcorpioidi* conveniens, cui figura etiam et ſitu foliorum aſſimilatur, ſed non ſummitatibus incurvatis.

Digitized by Google

16. POLYTRICHVM *longiſetum.* Tab. VIII. fig. 16.

Surculi caeſpitoſi, longiſſimi, *ſimplices*, filiformes, inferne tomentoſi, fuſco-ferruginei.

Folia inferiora minora, remotiuſcula, ſuperiora longiora lanceolata, baſi ovato-carinata, apice convoluto ſubulata, patula, ſicca erecto-adpreſſa, margine ſubintegra, a medio ad apicem ſerrulata, obſcure viridia, vetuſta nigra.

Flores maſculi in ſurculis diſtinctis, fructiferis mixtis, ſaepe proliferis. *Foliola perichaetialia* acutiora, exterioribus longioribus amplexa.

Setae (ſurc. fructif.) terminales, longiſſimae 4-5-pollicares, erectae, ſubflexuſae, pallide carneae.

Capſula ovata l. ſubrotunda, gibba, obliqua, baſi contractiore retuſa, apophyſis inſtar minutae, dorſo obtuſe angulata.

Calyptra ſubulata, baſi fiſſa, pilis complicatis *nigris* deorſum veſtita.

Operculum convexum, roſtello conoide acuto erecto et incurvato.

Digitized by Google

Periſtomium diametro capſ. anguſtior, margine purpureo exſtante. *Dentes* 32 lineares ad baſin diviſi, erecti, apice ſubincurvi, albidi l. argentei.

Epiphragma albidum, baſi dentibus interne adglutinatum.

Habitat in paludoſis profundis turfoſis.

Obſ. A proximis diverſiſſimum: capſ. ovata gibba vix evidenter anguloſa, obliqua, baſi retuſa, ore contractiore etc.

Color calyptrae forte a ſolo paludoſo; ſed inter mille ne unicam diſcolorem vidi.

Digitized by Google

17. POLYTRICHVM *arcticum*.
Tab. VIII. fig. 17.

Surculi caeſpitoſi 4 - 5 - pollicares filiformes, nudiuſculi, ſuperne ſubdiviſi, ramoſi. *Rami* erecti, ſimplices.

Folia baſi ovato ſubvaginantia membranacea obtuſe angulata, inferiora adpreſſa apice breviſſimo ſubulato, ſuperiora longiora, carinata, lineari - ſubulata, margine ſubconvoluto cartilagineo - ſerrulata, erecto - patentia, ad alterutrum latus ſaepe ſpectantia, obſcure viridia, ſicca ſubfuſca.

Flos maſculus in apice ſurculi diverſi, roſaeformis l. e foliolis pluribus membranaceis ovatis acutis reticulatis patulis formatus, quorum medio genitalia maſc. inſident; l. alter et novus ſurculus, pariter apice ſtellatus l. iterum prolifer oritur.

Folia ſurc. maſc. remotiora femineorum l. in ſerioribus terminalibus.

Setae terminales plerumque in ramulis, ſolitariae, erectae, ſesquipollicares, pallidae l. ſubrubrae.

Digitized by Google

Capſula oblonga, erectiuſcula, parum gibba, ſubobliqua, baſi absque apophyſi, glaberrima.

Calyptra membranacea, ſubulata, latere fiſſa, more Polytrichor. pilis ferrugineis dependentibus apici ſubinclinato adglutinatis, tecta.

Operculum concavum, roſtello ſubulato obtuſo ſubincurvo l. erectiuſculo.

Periſtomium dentes 32. breviſſimi, lineares, baſi infima connexi, apice incurvati, pallidi.

Epiphragma albicans.

Incolit ſylvas ſubalpinas.

Obſ. Differt a P. *alpino* L. (cui ſimillimum):

Capſulis omnino absque apophyſi baſilari.

Capſulae in P. *alpino* ovatae, magisque cernuae.

Digitized by Google

18. POLYTRICHVM *ſeptentrionale.* Tab. IX. fig. 18.

P. ramoſum, foliis ſubulatis margine laevibus, capſula, ovali roſtello capituli uncinato. *Flor. dan.* t. 297. ?

Surculi pollicares l. ſesquipollicares, inferne nudi, ſuperne ramoſi, ramis ſimplicibus erectis.

Folia e baſi latiuſcula ſubovata membranacea, lineari-acuminata concava, nec carinata, margine erecto ſubſerrulato in apicem ſubulatum convoluta; ſubſecunda.

Setae terminales, ſolitariae, ſemipollicares craſſiuſculae erectae, pallidae.

Capſula ſubrotundo-ovata erecta, ovacuata demum ſeta apice incurvata ſubpendula. *Apophyſis* nulla.

Operculum conicum ſubulatum apice ſubrecurvo.

Calyptra parva, apice conica, ſericeo-ferruginea nitens.

Periſtomium minutum, contractum. *Dentes* breviſſimi, erecti.

Habitat in graminoſis alpinis.

Obſ. Differt a P. *alpino* operculo, abſentia apophyſeos capſulae, et foliis ſubhetero-mallis. Ab *arctico* forma capſularum, operculo, ſtatura etc.

Digitized by Google

19. POLYTRICHVM *pumilum*. Tab. IX. ſig. 19.

Polytrichum ſubrotundum. HUDS. angl. 1. p. 400.

Surculi ſimpliciſſimi breviſſimi aggregati, ſed non conferti, erecti, inferne nudiuſculi, radiculis faſciculatis fuſcis.

Folia inferiora minora, ſuperiora ſubaequalia, lineari-lanceolata, planiuſcula, ſiccitate concava, baſi utrinque membranacea, apice plerumque integra, rarius obſcure ſerrata, erecto-patentia, rigidiuſcula.

Flores maſculi in diſtincta planta, P. *aloidis* ſimiles.

Setae ſolitariae, erectae, breviſſimae, vix ut in *aloide* elongatae, purpureae.

Capſula ſubrotunda baſi cum ſeta apice dilatata confluens, (hinc figuram turbinatamacquirit,) fuſco-viridis, *ore* patulo, diametro mediae capſulae latiore.

Calyptra et *Operculum*, *Periſtomium* et *Epiphragma* ut in P. *aloide*.

Dentes ruberrimi, pro ratione capſulae magni.

Habitat in ſylvis aridis.

Obſ. A P. *nano* diſtinctum foliis integris, ſetis brevioribus et ſitu capſularum. a P. *aloide* forma capſulae etc.

Digitized by Google

EXPLICATIO ICONVM.

Tab. I. fig. 1. *Grimmia alpicola.*

a. Plantula ramoſa, *b*. ſimplex, naturalibus paullo majores. *c*. Folium ſupra *d*. infra viſum. *e*. Capſula cum periſtomio et operculo. *f*. Calyptra; aucta magn. *g*. Capſulae pars cum periſtomio, auctiori mole.

Tab. I. fig. 2. *Didymodon cernuum.*

a. Plantula ramoſa, *b*. ſimplex, magn. nat. *c*. Folium. *d*. Capſula. *e*. Operculum cum annulo, aucta magn. *f*. Capſulae pars cum periſtomio, *g*. hujus dentes 4ni; magis aucta.

Tab. II. fig. 3. *Dicranum viridulnm.*

a. *b*. *c*. Tres plantulae nativa magn. *d*. *e*. *f*. Eaedem auctae. *g*. Folium. *h*. Capſula cum periſtomio. *i*. Periſtomii dens bifidus.

Tab. II. fig. 4. *Dicranum bryoides.*

a. *b*. Plantulae duae, altera ſimplex altera ramum emittens, magn. nat. *c*. Ejus portio cum tribus foliis. *d*. Capſula cum calyptra. *e*. Eadem adultior, poſt caſum calyptrae; magn. aucta. *f*. Capſulae pars cum periſtomio. *g*. Periſtomii dens; mole auctiori.

Tab. II. fig. 6. *Dicranum Schreberi.*

a. *b*. Duae plantulae, ſimplex et ramum exſerens, m. n. *c*. Plantula magn.

Digitized by Google

aucta. *d.* Folium. *e.* Capſula. *f.* Periſtomii dens; magis aucta magnidine.

Tab. III. fig. 7. *Dicranum rigidulum.*

a. Plantula ſimplex. *b.* Plantulae cum ramis ſerioribus et fructificatione in apice; magn. nat. *c.* Plantula a, et *d.* plantula b, magn. aucta. *e.* Folium, magis auctum. *f.* Calyptra, naturali major. *g.* Capſula cum periſtomio, et *h.* hujus dens, valde aucta.

Tab. III. fig. 5. *Dicranum polyſetum.*

a. Plantula m. n. *b.* Folium. *c.* Calyptra, capſulam occultans. *d.* Capſula cum operculo, et *e.* eadem cum periſtomio; m. a.

Tab. IV. fig. 8. *Orthotrichum obtuſifolium.*

a. Plantula m. n. *b.* eadem naturali major. *c.* Folium. *d.* Calyptra. *e.* Capſula; m. a. *f.* Capſula cum periſtomio externo 16 dentato, v. a. *g.* Ejus pars, periſt. 8-dentatum habens, magis aucta.

Tab. IV. fig. 9. *Orthotrichum pumilum.*

a. b. Duae plantulae m. n. *c.* alia m. a. *d. e.* Duo folia. *f.* Capſula ſetae inſidens. *g.* Calyptra. v. a. *h.* Capſula cum utroque periſtomio, magis a.

Tab. IV. fig. 12. *Bryum pallens.*
a. b. c. Plantulae variae aetatis; m. n. *d. e.* Folia. *f.* Capſula; m. a.

Tab. V. fig. 10. *Meeſia dealbata.*
a. Plantula m. n. *b.* Folium. *c.* Calyptra fructum occultans. *d.* Capſula. *e.* Ejusdem pars c. periſtomio. *f.* Operculum. m. a.

Tab. V. fig. 11. *Pohlia inclinata.*
a. Planta m. n. *b.* Folium. *c.* Capſula; m. a. *d.* Ejus pars cum periſt. *e.* Operculum. v. a. *f.* Periſtomii dentes; magis aucta.

Tab. VI. fig. 13. *Bryum longicollum.*
a. Planta m. n. *b.* Folium. *c.* Capſula. *d.* Ejus pars cum Periſt. externo; *e.* alia cum interno; v. a. *f.* Periſtomii dens maxime auctus.

Tab. VI. fig. 15. *Hypnum alpeſtre.*
a. b. Duae plantae; m. n. *c.* Capſula cum ſeta et perichaetio; m. a.

Tab. VII. fig. 14. *Hypnum revolvens.*
a. b. Duae plantae. *c.* Folium; m. n. *d.* Folium. *e.* Capſula. m. n.

Tab. VIII. fig. 16. *Polytrichum longiſetum.*
a. Planta. *b.* Calyptra; m. n. *c.* Capſula cum parte ſetae; m. a. *d.* Eadem, magis aucta.

Tab. VIII. f. 17. *Polytrichum arcticum.*
e. Planta m. n. *f.* Calyptra. *g. h.* Capſula, duplici augmento picta.

Digitized by Google

Tab. IX. fig. 18. *Polytrichum ſeptentrionale.*

a. Planta m. n. *b.* Folium, v. a. *c.* Calyptra. *d.* Capſula operculo clauſa. *e.* Eadem aperta, ut periſtomium conſpiciatur.

Tab. IX. f. 19. *Polytrichum pumilum.*

a. b. d. Tres plantulae m. n. *c.* Calyptra. *e.* Capſula cum periſtomio et epiphragmate, deſuper, et *f.* eadem magis a latere viſa. *g.* Operculum. *h.* Folium; omnia magn. aucta.

33 348080

Digitized by Google



Swartz del.   Jac. Sturm sc.

Digitized by Google




Swartz del.

Jac. Sturm sc.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Swartz et Sturm del.

Jac. Sturm sc.

Digitized by Google

IV.




Swartz del. *Jac. Sturm sc.*

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

10



11




Swartz del.


Jac. Sturm sc.

Digitized by Google

13



15



Swartz et Sturm del.

Jac. Sturm sc.

Digitized by Google

Digitized by Google



Jac. Sturm del. et sc.

Digitized by Google



Jac. Sturm del. et sc.

Digitized by Google

Digitized by Google



Swartz del. *Jac. Sturm sc.*

Digitized by Google

Digitized by Google

13 1/2